

IOAN. DESPAVTERII  
NINIVITAE GRAMMATICAE

INSTITVTIONIS LIBRI VII.

doctè, & concinnè in com-  
pendium redacti, per

SEBASTIANVM

Duisburgensem.

*Inb' ego n' h' h' h' m' s' Sept' 1674.*

INDEX dictionum breui interpretæ-  
tione explicatarum amplissimus.

*da lura l' h' h' da T. u (lasse).*



ANTVERPIAE;

Apud Martini Nutij Viduam, Anno

M. D. LXIII.

SEBASTIANVS NOVIMOLA DVIS-  
BURGENSIS, HENRICO RISVICHIO  
Spectatæ probitatis adolescenti S. D.

**N**æ tu candidus es adolescens, & cui plurimum  
debeant bonarum artium candidati. Si enim præ-  
clarissimæ quæque vrbes eis meritò summos  
decreuerunt honores, qui salutem Reipublicæ  
(qua non salua incolumes ipsi manere nequif-  
sent) aliquando consoluere, quid tibi non debeat ab illis,  
quorum studijs, citra tuum quidem commodum (quoniam  
in Grammatica tu felicissime versatus es) prouideri curas?  
Hinc est, quod ab ea usque hora, qua Despauterianæ Synia-  
xæ epitomen, superiore anno à nobis emissam, tibi passim  
in puerorum manibus cognouisti, non desieris & præsens  
rogare, & scriptis monere absens, vt & priores septem De-  
spauterij de institutione Grammatica libros, in corpusculū  
paulo concinnius tractabiliusq; colligerem, quod ab homi-  
ne nescio quo, ante annos non multos, heic factum audie-  
ras, quo Heracle quisquis est, oculatiorem me fore haudqua-  
quam desperare potuissem, ni per illum mutilari potius  
quàm abbreviari doctissimis quibusque viderentur. Gau-  
deant igitur tuo nomine, quibus consuli tantopere exoptas  
hoc quidquid est laboris, tuo hortatu suscepto, tibiq; debi-  
to. Maiora certè tua merebatur eruditio: at opulentissimi  
parua debita, ne a pauperrimis quidem persolui recusant. Et  
sanè pendant hanc, vt lubet, operam alij, modò non iudices  
Momonite eam inter nō minima habiturum scio. Primum,  
quia haud est exiguum puerilia iuuare studia. Deinde quia  
tu quidem animaduertis, huiusmodi negotium vel Lynceū  
requirere in demendis multis, non nullis addendis, mu-  
tandis ac transponendis etiam, vbi res postulat, in  
omnibus denique ita tractandis, vt infirmio-  
ribus pueris velut præmansa videantur.

Vale. Coloniz. Anno M. D.

xxxiij. octauo Ca-  
lend. Octob.

GRAM.

# GRAMMATICÆ

Despauterianæ de nomi-  
num Generibus, LIB. I.

39

## REGVLÆ GENERALES.



*Mne viro soli quod conuenit, esto virile.  
Omne viri specie pictum, vir dicitur esse.*

Omne nomen soli viro datum, est masculini generis. Vir heic dicitur esse quidquid, vt vir, pingitur: veluti Adam, Deus, Angelus. Exempla huius regulæ sunt quintuplicia. Primò, propria nomina virorum: vt Seneca, Hercules, Hannibal. Secundo, propria Angelorum tam bonorum: vt Gabriel, quàm malorum: vt Lucifer. Tertio, propria Deorum: vt Mars, Cupido, Volcanus. Quarto, propria ventorum, quia pinguntur specie virili: vt Boreas, vel Aquilo. Quintò, appellatiua solis viris data: vt Nauta, presbyter, scriba. Genera tribus modis noscuntur. Significatione: vt Ioannes est masculini generis, quia marem significat. Terminatione: vt Vulpes est feminini generis, quia terminatur in es. Auctoritate, vt Talpa, aliquando est masculini generis, quia Virgilius dixit, Talpæ oculis capti.

*Esto femineum, recipit quod femina tantum,  
Femina dicatur facie pictum muliebri.*

Omne nomen soli feminæ datum, est feminini generis. Femina heic dicitur, quidquid specie muliebri pingitur: vt Dea, Nympha, Furia, & cetera. Veluti Venus, Echo, Aleto, &c. Exempla huius regulæ sunt triplicia. Primò, propria mulierum: vt Paula, Glycerium, Dido. Secundo, propria Dearum, & Nympharum atque Furiarum, quæ omnes Deæ aliquando dicuntur: vt Iuno, Adrastia, Nympharūna, quæ Iouem enutrierunt. Celeno, vna Harpyiarū. Tertio, per hanc regulam feminina sunt appellatiua solis mulieribus data: vt Soror, *Obstetrix*, quæ præest parientibus.

*Quidquid vtriq; datur, commune locatur, vt exul.*

Omne nomen sub vna terminatione viro & feminæ da-  
tum,

tum, est communis generis: vt *Exul*, qui vel quæ exulat. *Auriga*, qui vel quæ currum agit. *Macedo*, qui vel quæ in Macedonia nascitur. Sic *Saxo*, *Brito*, *Friso*, *Laurens*, &c. Sed melius dicimus, *Frisius*, *Frisia*, quæ referes ad regulam: Esto genus varium, &c. *Mancipium*, *scortum*, quâquam vtrique sexui conueniunt, sunt neutra tamen, per regulam proximè sequentem.

*Vm neutrum pones, hominum si propria tolles.*

Omne nomen in vm est neutri generis, nisi fuerit hominis proprium: vt *Mancipium*, id est, seruus, vel serua. *Scortum*, id est, meretrix, vel puer meritorius. *Dixi*, nisi fuerit hominis proprium, quia proprium viri in vm, est masculini generis: vt *Pægnium*. Proprium feminæ est femininum: vt *Philenium*. Propria autem oppidorum aut alia quæcunque sunt neutri generis: vt *Gandauum*, *Louanium*. Sic fluuiorum in vm nomina: vt *Crustumium*, *Rhenum*. Sic dicimus & *Rhenus*. Item tam arborum, quàm fructuum nomina in vm desinentia, vt *Hebeum*, *balsamum*, *pomum*. Sed quæ in vm desinunt, sæpiùs fructum significant: vt *Pyram*, *prunum*.

*Adiectiua trium generum communia sunt.*

Omne nomen adiectiuum est omnis generis, si vnica sit terminatio: vt *Felix*, *audax*, *discors*, quatuor, quinque, sex, &c. centum, mille: Dicimus enim centum viri, centum poma: sic mille viti, &c. *Mile* tamen aliquando est substantiuum pluralis numeri, cuius plurale est millia: Vt *Mile* equitum occisum est. Duo milia *Turcarum* interierunt, & ita vnico l scribitur, teste *Placentino*.

*Esto genus varium, fuerit nisi terminus idem.*

In substantiuis virum & feminam significantibus, & in adiectiuis si terminationes sint diuersæ, distincta dantur genera. In substantiuis vbi dux sint terminationes, prior est masculini generis, & posterior feminini: vt *Caupo*, vini & epularum venditor, hæc *caupona*. Hic *Niniuita*, *Sunamita*, *Israëlita*, *Leuita*, & alia eiusmodi propè infinita, quæ Græcè etiam in es desinentia, gentem aut populum, aut familiam, aut imitatore[m] significant, & faciunt feminina in is: vt hic *Niniuita* vel *Niuiites*, hæc *Niuiitis*, huius *Niuii-*

*niui-*

niuitidis. Hic *Teucer*, hæc *Teucra*, id est, Troianus, Troiana. Sed eiusmodi nomina possunt esse adiectiua: Vt *Afer*, *Afra*, *Afrum*, veluti bellum Troianum, &c. Sic hic *Cres*, hæc *Cressa*: hic *Lacon*, hæc *Lacæna*. Adiectiua secundæ declinationis omnia tribus vocibus flectuntur, quorum secundæ est primæ declinationis: vt *Bonus*, *bona*, *bonum*: *Niger*, *nigra*, *nigrum*: *satur*, *satura*, *saturum*. Talia sunt omnia participia præteriti & futuri temporis: vt *Lectus*, *lecturus*, *legendus*. Talia sunt quoque numeralia tantum pluralia ex centum creata, *Ducenti*, *trecenti*. Adiectiua tertiæ declinationis plurima sub vna terminatione omnis generis sunt: vt *Arpinas*, *clemens*, *felix*. Multa etiam duas terminationes habent: vt hic & hæc *melior*, & hoc *melius*, sic cetera comparatiua. Hic & hæc *Fortis*, & hoc *forte*, sic omnia adiectiua in *is*. Et in istis prior vox est communis generis, posterior neutri. Pauca sunt adiectiua in *r* masculini generis, in *is* feminini, in *e* neutri: vt *Campester*, *campestris*, *campestre*, id est, ad campum pertinet. *Volucer*, *volucris*, *volucres*, id est, velox, aut volans. Hæc *volucris* substantiuè, quidquid volat. *Alacer*, *alacris*, *alacres*, id est, gestu lætitiæ indicans. Dicimus etiam hic & hæc *Alacris* & hoc *alacres*. *Acer*, *acris*, *acres*, id est, fortis & vehemens. *Acrimonia*, *vehementia*. *Pedester*, *pedestris*, *pedestre*, id est, pertinet ad pedites: vt *pedester exercitus*. *Equester*, *equestris*, *equestre*, ad equites pertinet: vt *equester exercitus*. *Equestre certamen*. *Siluester*, *siluestris*, *siluestre*, ad siluam pertinet. *Celeber*, *celebris*, *celebre*, id est, nobilis, latè famatus, & frequens: vt *celeber homo*. Dicitur etiam hic & hæc *celebris*, & hoc *celebre*. *Celer*, *celeris*, *celere*, id est, velox. *Saluber*, *salubris*, *salubre*, sanita-tem adferens, quàm qui habet, sanus dicitur. *Insaluber*, non saluber. Dicitur etiam, hic & hæc *salubris*, & hoc *salubre*. *Paluster*, ad paludem pertinet, vel paludem incolens: vt *Paluster locus*, *Canna palustris*. *Mediocer*, *mediocris*, *mediocres*, teste *Phoca*, sed sæpius hic & hæc *Mediocris*, id est, medio modo se habens. *Sequester*, *sequestris*, *sequestre*, id est, medius inter litigantes.

*Mobile pro fixo, tacitum si subsit, habetur:*

*Quòd si non tacitum subsit, neutri generis sit.*

## DE GENERIB. NOMINVM

Adiectiuum per se positum, propter aliquod perpetuò sub  
auditum, putatur esse substantiuum eius generis, cuius  
est subauditum: vt *Molaris* substantiuum est, quia intelligi-  
tur, *dés*, vel *lapis*. Si nihil subauditur, erit neutri generis: vt  
antecedens, id est, oratio aliam inferens. Cõsequens, id est,  
oratio ex alia illata. Alia ad hanc regulam spectantia, post  
declarabuntur.

*tam  
dum  
tagis  
mo* **Masculinum fluij nomen decet vsque reponi.**

Nomen fluij est masculini generis: vt *Thybris*, *Sequana*,  
*Lisa*, *Tenera*, *Garumna*, *Pantagias*, *Styx* & *Lethe* semper fe-  
minina sunt, quia paludes esse dicuntur potius quam fluij.  
Sic *Arethusa*, quia fons est, & ad *Nymphã* poetæ respiciunt.  
Plura declarantur in regula sequenti.

**Communis proprio quandoq; genus lego iunctum.**

Nomen minus commune quandoque respicit genus su-  
perioris, vel communioris: vt *Bubo* est masculini generis,  
vt *Sermo*. *Ouidius*. *Ignauus Bubo* dirũ mortalibus omẽ.

Magis commune vel superius, auis est feminini generis.  
Sic dicimus magna *bubo*, quia intelligitur auis. *Virgilius*,  
III. *Aeneidos*. Solaque culminibus ferali carmine bu-  
bo *Visa* queri. Secundò, per hanc regulam nomina mō-  
tium in diuerso genere interim leguntur: vt *Ossa*, mons  
*Thessaliæ*, est feminini generis: vt *Penna*, *musca*. Interdum  
masculinè reperitur, quia intelligitur mons. *Ouidius* in *Li-  
bin*. Utq; dedit saltus è summo *Thessalus Ossa*. Tertiò,  
per hanc regulam, nomina fluiotum feminina inueniun-  
tur, quia intelligitur aqua. Nos inuentis tantũ vtamur.  
*Ouid*. Tanto est *Albula* pota Deo. Nonnunquam fluiotum  
nomina neutra sunt, quia intelligitur flumen. Talia  
sunt *Mulucha*, *Turia*, & *Muchul*: testes sunt *D. Augustinus*,  
& *Nessus* thuscus vetustissimus Grammaticus. Quarto,  
per hanc regulam, fabularum nomina sunt feminini gene-  
ris, quia intelligitur superius fabula vel comœdia vel tra-  
gœdia. *Terent*. Quem transtulit in *Euauchum* suam.

Quintò,

Quintò, nomina nauium per hanc regulam sunt generis  
feminiui, quia eius generis est superius nauis. Virgilius.  
Centauro inuehitur magna. Huc etiam reduci possunt op-  
pidorum nomina: vt Gadir, et gemmarum nomina, sed suo  
loco manifestabuntur.

*Insulae & vrbs, regio, capit hæc: neutrum genus optat  
Zeugma, Reate, Argos, Preneste, & Tibur, & Ispal,  
Cære, Nepet. neutrum vel masculinum dabit Auxur.  
Hoc Cim vult. hic aut hæc donat Lesbos, Abydos.  
Hic Sulmo, hic Acragas, plur alia in i maribus do.  
A plurale genus neutrum sibi poscit vbique.*

Insularum regionum, & vrbiura nomina, feminina sunt.  
Insularum quidem: vt Samos, Sason, Britannia. Regionum:  
vt Aegyptus. Africa. Vrbiura: vt Ephesus, Castulo, Tarraco,  
Corinthus, Ierusalem, Lesbos, insulæ nomen. Abydos,  
vrbs Asiæ. Vbi poëtæ terminationem aspiciunt, masculina  
leguntur: at tantum in neutro genere repperi. Zeugna,  
Zeuginatis, oppidum ab Alexandro conditum. Reate, op-  
pidum Vmbriæ. Argos, oppidum Græciæ. Preneste, oppi-  
dum Italiæ. Tibur, oppidum Italiæ. Sic Ispal, & Cære, Cæ-  
retis, oppida sunt. Etiam neutro genere, Cærete Cæretis di-  
citur. Nepet, oppidi nomē. Cim, vici Italici nomen est, Au-  
xur, vrbs Italiæ, dubij generis est. Subno, Ouidij patria, ma-  
lculinum est. Sic Acragas Acagrantis, tam pro monte, quam  
pro oppido, masculinè legitur. Pluralia in i, sunt masculi-  
ni generis, quicquid significet: itaque volo regulam esse  
generalem, non solum exceptionem à dicta regula. Inter  
hæc oppidorum nomina sunt Philippi, Veij, Gabij, Campi,  
Parisi, Bergi. Cuncta pluralia in a, neutra sunt: vt Illia, Ex-  
ta. Inter hæc oppidorum nomina sunt: Baëtra, Cythera, Ar-  
taxata, Susa, Hierosolyma, licet singulariter aliquando hæc  
Susa, & hæc Hierosolyma legamus.

*Arboris est nomen muliebre, dat hic oleaster:  
Vt spinus, platanon. at acer, thus, robur, habent hoc:  
Arbor vix q; siler: dabit hic aut hoc tibi siber.*

DE GENERIB. NOMINVM  
Hic aut hæc libanus, pinus, rubus, atq; cupressus.

Nomen arboris est feminini generis: vt Pomus, pyrus, prunus, quercus, esculus, salix, abies, ficus, fraxinus, malus, morus. Malus, autem arbor est, que vulgò pomus dicitur. Nam pomus generale est ad prunum, pyrum, &c. Malus masculinum, est lignum veliferum. Fagus, bueckenboom. Sambucus, vlierboom. Buxus, bosboom. Inuenitur aliquando masculinum. Taxus, hulst. Ulmus, arbor alba, cuius virgis vapulant pueri, vt ex Plautina lectione facile deprehenditur. Quæ in um desinunt, sæpiùs, vt dictum est, fructus significant: vt Pyrum, prunum. Sed Nux, ficus, glans, auellana, & quædam alia eodem seruato genere, arborem fructumoue significant. A regula excipiuntur quædam: vt Oleaster, siluestris olea. Platanon, platanonis, est arboris nomen, aut potiùs locus platanis consitus.

Neutra sunt quædam arborum nomina: vt Acer, aceris, thus etiam pro arbore. Robur, vel robor, species quercus durissimæ. Siler, arbuscula vel frutex potiùs quàm arbor, vulgò salix dicitur. Suber, sæpius neutri generis, quàm masculini, een corkboom. Libanus, arbor est thurifera. Calepinus dicit tam masculini generis esse, quàm feminini. Pinus & cupressus nunc feminina solùm habebuntur. Ruber, sentis genus, rectiùs cum Virgilio masculini proferes.

Ex se nullius generis, pro nomine sumtum,  
Est neutrum: ceu littera, vox quoque materialis.

Dictio ex sua significatione, non recipiens genus, vt de genere loquimur, si pro nomine sumatur, erit neutri generis: vt omnis littera, & vox materialiter posita, veluti pulcrum scire, longum a, homo terminatum in o facit genitiuum hominis.

Exempla huius regulæ sunt quadruplicia.

Primò, verbum loco nominis: vt Sumens illud aue, id est, illam salutationem. Id per infinitum sæptiùs fit. Persius. Scire tuum nihil est, nisi te scire hoc sciat alter. id est, scientia tua. Idem. At pulcrum est digito monstrari, & dicitur hic est. Idem. Velle suū cuiq; est, nec voto viuitur vno. Secundò, aduerbium loco nominis. Idem. Nempe hoc assidue



affiduè, iam clarum mâne fenestras Intrat, & angustas extendit lumine rimas. Idem. Iam cras hesternum consumimus, ecce aliud cras.

Tertiò, nomina litterarum, aut ipsæ litteræ neutri generis sunt. Hieronymus. Non pertransibit neq; vnum iota neque vnus apex. Iota est littera Græca, hoc est, i. Inuenies tamen quandoque litterarum nomina in genere feminino, per regulam. Communis proprio, &c.

Quartò, vox materialiter accepta est neutri generis: vt Dissillabum homo in o terminatur. Martialis. Quod tam grande sophos clamat tibi turba togata, Non tu Poinponi, cena diserta tua est. Vox vel scriptura materialiter sumitur, quando seclusa significatione, pro mera voce vel scriptura capitur, & quando sensus est, illa dictio, illud verbum, illa oratio: vt Homo in o desinit, id est, illa vox homo, &c. Causa vocabuli est, quia omnis dictio habet ipsâ vocē vel scripturam, tanquam materiam, & significationem tãquam formam. Verūtamen veteres non dicunt dictionem materialiter sumi, sed technicè. Per hanc regulam etiam sic loquuntur: Pulcrum benedicamus. Paschale Kyrie eleyson, quæ est oratio syllabarum septem, significans, Domine miserere. Non libenter dixero. Legi vnum Miserere mei Deus: duo De profundis, sed legi semel Miserere, bis De profundis. Legi orationem Dominicam bis: non duo Pater noster. Salutationem Angelicā, non Aue Marta. Symbolum Apostolorum, non Credo in Deum.

Epicœnum, siue promiscuum genus.

*Quæ signant volucres vnâ sub voce ferasq;*

*Et pisceis, sexu non certo, sunt epicœna.*

Epicœni generis dictio est, quæ sub vno articulo significat vtrunq; sexum, etiã in nominibus animalium, in quibus sexus non facilè dignoscitur, vt in nominibus auium, veluti Aquila, passer, anser, pica, picus, psittacus, olor vel cygnus, philomela vel lusciniã vel aëdon, struthio, turdus vel coturnix, merula, achantis, perdix, otus, nifus, &c. Gallus, gallina, epicœna non sunt, quia sexus facile certatur. Columba epicœnũ est, licet etiam pro mare heic columbus dicatur. Hic

*Oestrus*, vel hoc æstiuum volatile apis magnitudine, bobus apibusque infestum. Si abest sexus, non dicitur, epicœnum, vti nec pulex, apes, musca, auguilla, &c. Secundò, epicœna sunt piscium nomina: vt *Balena*, maxima bellua marina. *Cetus*, omnis magnus piscis. *Murena*, piscis similis anguillæ. Hinc *Muranula* torques vel ornamentum colli. *Sepia*, piscis, habens atramentum pro sanguine, & ponitur pro atramento. Tertio, nomina ferarum, vbi lexus difficulter noscitur, epicœua sunt, vt vulpes, mustela, cuniculus, &c. Ad discernendum sexum dicimus. *Cygnus* mas, *cygnus* fœmina. Dicitur nunc quoq; *lupus*, *lupa*, vrsus, vrsã, leo, lea, vel leæna. Si quis roget *Mustela* cuius generis? Sic respondeo. *Mustela* est epicœni generis sub articulo hæc, quia terminatur in a.

### Regulæ generum speciales.

*Hæc dat a: do neutris cum pascha mammona manna.*

Nomina in a sunt feminini generis: vt *Situla*, vas quo hauritur aqua. *Pustula*, cuius inflatio. *Stipula*, calamus frumeti. *Fistula*, musicum instrumentum, quo flatu canitur. *Musa*, carmen, vel carminis Dea. *Mommona*, i. pecunia, vel diuitiæ. *Manna*, cælestis cibus, neutra sunt indeclinabilia. *Pascha* neutrum primæ, teste Placentino, licet multi per tertiam paschatis declinare malunt.

*Hadria maseuleum datur, atque cometa, planeta.*

Tria sunt masculina, *Hadria*, cometa, planeta. *Hadria*, sinus maris, vel ipsum mare Hadriaticum. *Cometa* vel *Cometes*, stella crinita. *Planeta*, interpretatur erro erroris. Sunt autem Planetæ stellæ erraticæ: vt *Saturnus*, *Iupiter*, *Mars*, *Sol*, *Venus*, *Mercurius*, *Luna*.

*Hic aut hæc talpæ cum panthera, dato dame.*

Tria in a sunt dubij generis: vt hic aut hæc *Talpa*: hic vel melius hæc *panthera* hic aut hæc *dama*. *Dama*, capra siluestris. *Panthera*, animal maculosum.

*Sit neutri generis, per a, quidquid tertia fleat.*

Nomen tertiæ declinationis in a desinens, est neutri generis: vt *Scommæ*, *iocosa*, *irrisio*. *Problema*, id est, propositio, aut questio. *Anathema*, maledictio. *Diadema*, pretiosus panus, qui capiti regio circûdatur. *Pneuma*, id est, spiritus,

Hoc dat

*Hoc dat e. femineo generi do Græcula primæ.*

Nomen in e est neutri generis: vt *Cubile*, lectus. *Cubiculum*, cella dormitoria. *Sedile*. i. sedes. Excipiuntur à regula nomina in e Græca, primæ declinationis, quæ sunt femini generis: vt *Simanche*, id est, angina. *Nymphe*, id est, nympa, formosa puella, spōsa: & *semidea* vel *Dea*. Epitome, abbreviatio. *Ethice*, moralis scientia.

*I neutrum pono. finita per o maribus do.*

Omne nomen in i lingulare, est neutri generis indeclinabile: vt *Gummi*, id est, viscus ex arboribus fluens. *Smapi*, mostaert *Nanci*, putamen nucis. Capitur adiectiue, pro vilis, & ita est omnis generis, sic adiectiua esse dicuntur, huiusmodi, cuiusmodi. *Nubili*, id est, inutilis. *Frugi*, utilis, *Tullius*. Homo frugi omnia recte facit. FINITA per o maribus do. Nomen in o est masculinum: vt *Cento*, stragulum lecti crassum & villosum. *Tiro*, nouus & rudis miles. *Tuiso*, lignum semi vstum. *Scipio*, stipes, & viri nomen.

*Pondo loca neutrum, verbale io cum caro vult hæc, Talio iungatur, posuit quod Valla virile.*

Excipitur a regula *Pondo*, neutri generis, id est, libra. Secundo, excipiuntur nomina verbalia in io, quæ sunt femini generis, ei caro, veluti *Religio*, à relinquendo vel religando, Dei cultus aut inetus. *Portio* quasi partio, pars. *Ratio*, quia bonum à malo discernitur, & computatio: vt *Redde* rationem villicationis tuæ. Et respectus: vt habe rationem famæ. Et modus: vt percunctare qua ratione beatam vitam duces. *Talio* feminini est contra *Vallam*, licet à nullo verbo descendat, & est æqualis redditio. *Pugio*, masculinum est, licet à pugno vel pugno deriuetur.

*Iungito femineis do, go. sed mascula sunt,*

*Ordo, vdo, harpago, cudo, ligo. sed \* dubitabis.*

*Margo, cupido: quibus iungunt cum cærdine, bubo.*

Nomina in do & go, sunt feminini generis: vt *Formido*, timor. *Sartago*, fraxorium. *Siligo*, est tritici species, vnde optimus sit panis, qui siligineus dicitur. Excipiuntur pauca ex hac exceptione. Nam masculini generis sunt *Ordo*, id est, in

\* *Dubi  
satis.*

est, in suo cuiusque loco collocatio. *Vdo*, calceamenti genus. *Harpago*, harpagonis, telum in summitate aduucū, quo nauigia capiuntur: vel instrumentum quo capiuntur, quæ in puteum vel flumen deciderint. *Cudo*, cudonis, vel codo, capitis ornamentum ex corio. *Ligo*, ferramentum quo purgantur fossæ. Dubij generis sunt, hoc est masculina, vel feminina. *Margo*, id est, cuiusque rei extremitas. *Cupido*, pro cupiditate, pro amoris Deo, solū masculinum est. *Cardo* quo ianua mouetur, potius est masculinum. *Bubo* declaratum est in regula. Communis proprio, &c.

*V, c, neutra loco, d vel l, t, sed hæc dabit hæc,*

*Aut hoc. Sol, mugil, dant hic, vt sal: quod & hoc vult.*

Nomina desinentia in u, c, d, l, t, sunt neutri generis: vt *Cornu*, *gelu*, *lac*, quid substantiuum. Nam quod adiectiuum est. *Tribunal*, sedes Iudicis. *Cercual*, puluinus qui capiti aut ceruici supponitur. *Mel*, *fel*, *Subtel*, pro cauo pedis. Nil nihil, sine c, quia fiunt à nihilum, & hoc à ni, pro non, & *hilum*, id est, nigrum fabæ, & qui diuis nullius pretij. *Caput*, *sinciput*, *occiput*. *Sinciput*, est anterior pars capitis, *Occiput* verò, posterior. Excipiuntur à regula pauca. Nam *Hælec*, tam feminini quàm neutri est pro pisce, qui sola aqua nutritur, & pro quodam liquamine ex intestinis piscium. *Antonius Nebrissenis*, pro pisce solū feminino genere, non per c, sed per x literam, hæc *hælex* dici debere asserit. *Hic Sol*, mundi oculus. *Mugil*, piscis capitosus, qui in metu abscondito capite, totum se occultati putat *Sal*, nunc est masculinum, olim etiam neutrum. *Columella*. *Sal acer* & *siccus*. Tot quot, aliquot adiectiua sunt omnis generis. Sic ab illis composita totidem, & quotcunque. Vnde notandum est, quod quandocunque posterior pars compositi, genus non recipit, vt sunt syllabicæ adiectiua, & aduerbia, tum solū priorem partem aspiciemus. tantundem neutrum est, vt tantum. Idem priore longa masculini est, vt *Is*. Idem priore breui neutrum est, vt *Id*.

*An, in, on, maribus dantur, sint neutra secundæ.*

*Hic aut hæc pytho. sindon muliebris, & icon.*

Nomina desinentia in an, vel in, vel on, masculina sunt. vt *Titan*, id est, *Sol*. *Peon*, id est hymnus, & *Apollo*, *Delphin*, piscis

piscis quidam, & astrum. *Demon* interpretatur sciens. *Canon*, id est regula. Excipiuntur à regula nomina in on secunde declinationis, quæ Latini plerunque vertunt in um, & sunt neutri generis: vt *Colon*, id est, membrum. *Python*, serpens quidam dubij generis est. Feminina sunt, *Sindon*, velum subtilissimum. Et *Icon*, id est, imago.

*En* neutrum pono. *mas* est cum pectine *lichen*.

Et *ren*, siue *rien*, *atagen*, *splen* iunge *lienem*.

Nomen in u est neutrum vt *Flumen*, id est, fluuius. *Fulmen*, ignis ingenti velocitate è nubibus decidens. Excipiuntur à regula pauca masculina: vt *Pecten*, est quo pectitur capillus. *Lichen*, id est, mentagra, talis morbus. *Ren*, siue *rien*, Teutonicè, die niere. *Atagen*, significat auem quandam delicati saporis, valde vocalem, sed captam mox obmutescentem. *Splen* & *Lien* idem significant, Teuto nicè, die milte. *Splene* ridemus, felle irascimur, corde sapimus, iecore amamus. *Persius*. Quid faciam? sed sum petulanti splene cachinno.

*Ar* petit hoc. sed *lucar*, *avis*, cum *baccare*, vult *hæc*.

*Nunc iubar* hoc tantum *poscit*, *iubar* hic *dedit olim*.

Nomina in ar sunt neutra: vt *Lupanar*, domus lupanarium, id est, meretricū. *Calcar*, id est, ferreus stimulus ad calcem alligatus, ad vrgendos equos. *Cochlear*, quo sorbemus. Excipiuntur duo feminina. *Lucar*, pro aue prima luce suaviter canente. *Baccar*, vel *baccaris*, herba quædam sine aspiratione. *Bacchar* cum aspiratione neutri generis, est vas vinarium, quod *Baccharium* quoque & *Bacchium* dicitur. *Iubar*, Sol, vel ipsius splendor, nūc est neutrum, olim etiam fuit masculinum.

*Er* petit hic. *terræ* hoc *fetus* (*cucumer* nisi) *poscit*,

*Huber*, *iter*, *verber*, *cancer*, *ternæ*, atque *cadauer*,

*Ver* *spinter*, *tuber*. *dabit* hic aut *hæc* tibi *linter*.

Nomina in er, siue declinationis secundæ, siue tertix, sunt masculini generis vt *Anser*, *passer*, &c. Excipiuntur à regula quædam nomina tertix declinationis neutri generis, vt fructus terræ significantia, veluti *Papauer*, herba, semen soporiferum habens. *Cicer*, quoddam legumen est, superius

peritis acutum: sic pipet, zinziber, & si qua sunt similia. *Cucumer*, tamen masculinum est. Verùm sæpius in nominatiuo cucumis legitur, herba quædam est, & eiusdem herbæ fructus, cuius cortex maturitate transit in lignum, & si magnitudine excessit, pepo vocatur, teste Plin. Neutra etiam sunt quæ sequuntur. *Huber*, mamma pecoris. *Iter*, itio, vel alius eundi: & aliquando via. *Verber*, verberandi instrumentum. *Cancer*, pro morbo quodam tertix declinationis, neutri generis apud veteres: nunc potius masculinum est, ut indicat Priscia. *Cadaver*, à cadendo, est corpus mortuum. *Ver*, anni pars temperatior. *Spinter*, fibula mulieris, id est, vncus, quo vestes ne stantur. *Tuber*, priore longa, est terræ callus Metaphoricè pro quouis tumore capitur. Terent. *Tuber* est totum caput. *Linter*, nauicula, vel lignum cauum, rectius femininum est.

*Ir iunges maribus: neutri generis tamen est hir.*

Nomen in *ir* est masculinum: ut *Vir*, & Gentile *Treuir*: at *Hir*, id est, vola manus, est neutrum.

*Hic dat or: hæc arbor: cor, adorq; hoc, marmor, & æquor.*

Nomen in *or* masculinum est: ut *Mæror*, vehemens dolor. *Rumor*, populi sermo. *Fulgor*. i. splendor. Vnicum est femininū arbor. Quatuor sunt in *or* neutra. *Cor*, fons, & radix vitæ. *Ador*, frumētum quoddam. *Marmor*, genus lapidis: *Æquor*, id est, mare, aliquando etiam campus aut aër. Nam propriè dicitur æqua superficies rei.

*Hoc dat ur. hic fursur capiet, cum vulture, turtur.*

Nomen in *ur* est neutri generis: ut *Murmur*, leuis aquæ strepitus, licet pro quouis strepitu capiatur. *Guttur*, est fistula colli. *Guttur*, est vasculum supernè angustū, vnde liquor guttatim effunditur. Tria excipiuntur a regula masculini generis. *Fursur*, purgamentum farinæ. *Vultur*, avis rapax, & carniuora. *Turtur*, cen tortelduyue.

*As petit hæc. neutrum est vas vasis, fāsq; nefāsq;.*

*Atq; ceras. vult as hic asis, ut omnia primæ*

*Nomina, queis addes adamas, elephas, acragasq;.*

Nomen in *as* feminini est generis: ut \* *Charitas*, cum h, id est,

id est, dilectio.\* *Caritas*, sine h. i. pretiositas. *Facultas*, id est, \* *Virtus*.  
 possibilitas, ars, possessio. Excipiuntur à regula quatuor *que do-*  
 neutra *Vas*, quando genitiuus est vasis, quod continet ali- *ctiores*  
 quid *Fas* licitum. *Nefas*, illicitum. *Ceras*, Ceradis, cuiusdam *ab quo*  
 loci nomen. Masculinum verò est *As* asis, id est, libra, duo- *h. i. i. u-*  
 decim uncias continens: accipitur pro nummo, & pro tota *bus.*  
 possessione, vt *Heres* ex asse, id est, tota possessione. Mascu-  
 lina etiam sunt omnia primæ declinationis nomina in as:  
 vt *Tiaras*, capitis ornamentum, quo *Reges* & *Sacerdotes* vt  
 bantur. *Pareas*, serpentis nomen. His iunguntur *Adamas*, la-  
 pillus pretiosus. *Elephas*, maximum animal. *Acragas* pro mō  
 e, & similiter pro oppido, vt & dictum est superius.

*Es sit femineum: tudes hic vult, poples, & ames,*  
*Pes, aries, paries, palmes, cum limite, stipes,*  
*Et fomes, trames, termes, cum iurgite, cespes,*  
*Et verres, merges, quibus addito Græca dies q;*  
*Tempore pro certo, cum prole dat hæc itararò .*

Nomen in es est feminini generis. vt *Apes*, bestiola no-  
 ta. *Moles*. i. magnitudo. *Proles*, filius, aut filia. *Cades*, inter-  
 sectio *Sedes*. i. sedile. Excipiuntur à regula quædam in es  
 nomina masculini generis: vt *Tudes*, malleus à tundendo  
 dictus. *Poples*, curuatura sub genu. *Ames* sine h, baculus, quo  
 sustentatur rete aucuparium. *Pes*, vna pars corporis: sub hoc  
 comprehenduntur *Semipes*. i. dimidium pedis. *Sesquipes* i. pes  
 & dimidium pedis. *Somipes* & *cornipes*. i. equus. *Aries*, mascu-  
 lus ouium, & quoddam instrumentum bellicum. *Paries*, mu-  
 rus domus ex quacunque materia. *Palmes*, ramus vitis. *Limes*  
 lignum aut lapis agros distinguens, & quicunque terminus.  
*Stipes*, sustis terræ defixus, & quicunque baculus. *Fomes*, nutri-  
 mentiuni, vt *Vinum* est fomes libidinis. *Trames*, via vel tran-  
 situs, à transmeo. *Termes*, surculus arboris. *Gurges*, pro-  
 fundus in flumine locus. *Cespes*, frustum terræ grami-  
 nosæ. *Verres*, porcus non castratus: nam castratus  
 dicitur *Matalis*. *Merges*, manipulus spicarum, Masculi-  
 na quoque nomina Græca: vt *Planetes*, *Cometes*. *Lebes*,  
 vas æneū, in quo res bulliunt. *Tapes*, teuton. eea tapeet.  
*Dies* pro certo tempore viginti quatuor horarū, est tam fe-  
 minini,

minini, quàm masculini generis, teste Non. Marcel. Sæpius tamē masculini est: vt Meridies eius compositum sēper est masculinum. Dies pro tempore simpliciter, sæpius femini nū est. Tibullus. Longa dies homini docuit parere leones. Hippomanes uestrum dabimus, velut æs, cacoëthes.

Neutri generis sunt Hippomanes, & quod per æ diphtōgon scribitur æs, & cacoëthes, Hippomanes, virus ab equa collectū, vel caruncula in fronte pulli equini, hominem ad insaniam redigens. Aes, quoddam metallum: capitur pro pecunia. Alienum æs, pecunia debita. Cacoethes, malus mos.

Is dabo femineis: sunt mascula piscis & axis,  
 Glis, callis, vermis, sotularis, acinacis orbis:  
 Et cenchrus, vectis, postis, cum sanguine, fascis,  
 Et fustis, mensis, collis, caulis, quoque follis,  
 Et cassis, torris: quibus addes pollis, & ensis:  
 Sic delphis, cucunius, vomis, compostaq; ab aße:  
 In nis fuitum, lapis, vnguis, aqualis, Aprilis.

Nomen in is est feminini generis: vt Bilis: cholera, & ira. Ne moueas mihi bilem. Cratis, rara connexio ferramentorum, aut lignorum. Hinc cratis ferrea, cratis viminea. Vallis locus decliuus. Tolluntur a regula masculini generis, vt Piscis, Axis, stipes vel lignum teres, circa quod rota currus vertitur. Glis, animal non ab simile muri. Callis, via trita. Vermis, cen v worm. Sotularis, id est, calceus. Acinacis, id est gladius, & propriè Medus vel Persicus. Orbis, res rotunda, circulus. Cenchrus, quidam serpens. Vectis, instrumentum, quo clauditurostium, est quoque lignum teres, quo aliquid vehitur aut portatur: vt Vectes arcæ. Postis, latus ianue aut portæ. Sanguis, id est, cruor propriè tamen sanguis, qui est intra venas. Cruor, fusus, siue sanies. Fascis, res ligatæ ad portandum. Fustis, baculus. Mensis, notum, Collis, id est, monticulus. Caulis, stipes herbæ: ponitur nonnunquam pro brassica. Follis, instrumentum, quo attrahitur, & emittitur ventus. Cassis, dum rete significat, nam pro galea, feminini generis est. Torris, lignum ardens, vel adustum. Pollis, flos tritici, hoc est, subtilior puluis farinæ. Ensis, id est, gladius. Delphis, id est, delphin, maris bellua, & signum cælestre. Va-



*nis*, ferramentum aratri. Masculina etiam sunt composita ab *asse*: ut *Semis*, id est, dimidium *assis*. *Tressis*, id est, tres *asses*. Sic *oculussis*, *decussis*, *vigessis*, *centussis*, &c. quæ sunt *pōderum*, aut *nummorum* nomina. *Tressis*, adiectiuè capitur. *Persius*. *Dama* est non *tressis* *agaso*. Masculina item sunt in *nis* finita: ut *Panis*, *Penis*, id est, cauda. *Funis*, een *zeel*. *liemla pis*. *Vnguis*, id est, durities *digitorum*, tam in *auibus* ceterisque *bestijs*, quàm in *homine*. *Aqualis*, vas in quo affertur *aqua*. *Aprilis*, nomē *mensis*: sic masculini sunt, *Sextilis*, *Quintilis*: quia per naturam adiectiua sunt, ac quasi substantiua ponuntur, quia intelligitur masculinum *mensis*.

*Hic, aut hæc finis, clunis, cum corbe, canalis, Anguis, & halcyonis, torquis, puluis, cinis, annis.*

Nomina heic posita sunt dubij generis. *Finis*, terminus siue extremitas in vnaquaque re. *Clunis*, nates, siue natis, tumor. *Corbis*, vas vimineum. *Canalis*, ligoum cauarum, aut quiduis aliud, per quod *aqua* fluit in *vijs*. *Anguis*, serpens. *Halcyonis*, auis maritima in arenis mediò ferè *hiemis* oua deponens. Dicitur etiam hæc *halcyo*, *onis*, & *halcyone*, & Latine *alcedo*. *Torquis*, colli ornamentum, & summi *pectoris*: ut *circulus aureus*, *flexilis*, *obortus*. *Annus*, fluius. *Puluis*, stof. Notandum tamen est *Canalis*, *puluis*, *cinis*, & *annis*, sepius esse masculina.

*Os maribus detur: sint neutra Chaos, melos, os, os, Atq; epos. hæc arbos dices, cui iungito cos, dos, Cum multis Græcis, per us hæc vertère Latini.*

Nomen in *os* desinens, est masculinum: ut *Ros*, humor qui sereno tempore fluit *superne*. Excipiuntur à regula pauca *neutri* generis. *Chaos*, confusa rerum materies: capitur pro *nocte* & *inferno*. *Melos*. i. dulcis *modulatio*. *Os* *oris*, & *os* *ossis*, nota sunt. *Epos*, *carmen*. *Femina* sunt *Arbos*, id est, *arbor*. *Cos*, *lapis*, quo *ferrum* acuitur. *Dos*, quod *sponso* cum *uxore* datur. Capitur pro *quouis* dono, vel *gratia*. *Femina* sunt multa *Græca* in *os*, quæ in *us* vertunt *Latini*: ut *Papyrus*, aut *papyrus*, *frutex* vel *arbuscula* *Aegypti*, vnde *fi*ebant *chartæ* in quibus *scribebant*, nunc ex *lincolis* *contritis* *st*, *priore* *retento* *nomine*. *Papyrus* *bibula*, quæ *super-*

ponitur scripturæ recenti, *Eremos* vel *eremus* penultima longa, locus desertus. *Periodos* vel *periodus*, id est, circuitus. *Synodos* vel *synodus*, id est, conuentus. *Exodos* vel *exodus*, id est, exitus.

*Vs, mas, non ternæ: quod ternæ est, dicitur neutrum.*

Nomina in us secundæ aut quartæ declinationis, sunt generis masculini. Tertiæ verò neutri. Exempla prioris partis ex secunda declinatione. *Aceruus*, id est, cumulus. *Manuus*, equus mansuetus & paruus. *Nauus*, macula in corpore. Ex quarta declinatione: *Casus*, ruina & euentus. *Census*, pecunia vel substantia. *Ouidius*. In pretio pretium nunc est, dat census honores. *Census* amicitias: pauper vbique iacet. Exempla posterioris partis: vt *Corpus*, hulus, vulnus, thus, rus, onus, pectus, tempus, latus, munus, &c. declaranda in secundo libro. Excipiuntur multa in us Græca feminini generis, secundæ declinationis, quæ Græcè in os desinunt, vt *Papyrus*, *arctus*, *eremus*, *periodus*, *synodus*, *methodus*, & cetera comprehensa sub exceptione præcedentis. Cum multis Græcis, per us hæc vertère Latini.

*Feminineum domus est, & vannus, humus, colus, aluus, Et tribus, atq; manus, ceu porticus, ac acus, idus.*

Excipiuntur à priore parte regulæ pauca feminini generis. *Domus* partim secundæ partim quartæ: vt *Colus*, cuius ablatiuus *colu* in quarta declinatione apud Ciceronem reperitur. Et quæ tantum secundæ declinationis sunt, *vannus*, *humus*, *aluus*. Reliqua sunt quartæ declinationis. Et *idus* tantum est pluralis numeri. *Domus*, est ædificium ad habitandum, factum ex tecto & parietibus. Inpropriè pro quocunque habitaculo sumitur, vt pro templis & nidis, ferarumque latibulis. Sumitur pro familia, pro gente, & pro patria. *Vannus*, vas vimineum lauium, aptum purgando frumento. *Humus*, terra humefacta. *Colus*, instrumentum, quod pensa continet, à quo fila fuso ducuntur. *Aluus*, venter: sed propriè ea pars qua sordes effluunt. *Tribus*, progenies. *Manus*, in embrum notum. *Manus* quoque est multitudo & potestas. *Porticus*, ampla domus propter repentinos imbres, & vmbrearum, ac deambulationis gratia ædificata. *Acus*, instrumentum sartoris. *Acus* verò neutri generis est tertiæ: quæ à si-

militudine acis sutoria, dicuntur paleæ frumenti. Idus, sunt dies quidam mensis.

Dat pecus hæc pecudis, subscus q̄, palus q̄, salus q̄,  
 Quæ q̄; senex, iuuenis, cum seruius, nomina donant,  
 Et virtus, incus. at mascula sint lepus, & mus,  
 Et quæ pus donat, veluti chytrapus, volo iungi.

A posteriore parte regulæ excipientur pauca semini-  
 ni generis, quæ sunt hæc. Pecus quando genitiuus est pecu-  
 dis: nam si pecoris facit, neutri est. Et vtrunque significat  
 quoduis animal, quod hominis sub imperio pabulo terræ  
 pascitur: vt sunt boues, asini, equi, cameli, oues, capræ, &c.  
 Pecus pecoris, etiam totum gregem significat. Virgilius.  
 Despectus tibi sum, nec quis sim quæris Alexi, Quam di-  
 ues pecoris, niuei quàm lactis abundans. Subscus, tabella,  
 qua tabulæ inter se coniunguntur quia, qua immititur, suc-  
 ciditur. Caro de re rustica. Subscudes ilignas adindito. Palus  
 terra aquosa, vel aqua nigra non fluens. At palus pali mas-  
 culini, est stipes magnus. Salus, incolumitas aliquando e-  
 tiam remedium. Senectus, senum ætas. Iuuentus, ætas iue-  
 num: & capitur pro ipsis iuuenibus. Seruius, seruiendi con-  
 ditio, & seruitium. Virtus, est ars bene recteque viuendi: &  
 propriè fortitudinem significat. Incus, ferramentum magnū  
 super quod fabri cudunt. At masculini generis sunt Lepus,  
 animal notum, & Mus. Masculina sunt Græca à Pus podis,  
 id est, pes, vt Tripes, id est, mensa tripes. Chytrapus, ferra-  
 mentum cui superponitur cacabus, vel olla habens pedes. Chy-  
 tra, vel chytron, est olla. Antipus, homo contra pedes nostros  
 ambulans.

Carbasus hic aut hæc, grossus, dant grus, atomus q̄,  
 Lecythus, atq; pharus, pelus, & specus, et paradysus;  
 Sic alius quondam: iunge intubus, atq; phaselus,  
 Pampinus, atq; arquus, pro fructu ficus: at hic vult  
 Pro morbo: nunquam declinat quarta virile.  
 Hoc specus, atq; penus dices, dum tertia flectit.  
 Hic aut hoc vulgus. solum hoc virus, pelagus q̄.

Quædam nomina in us sunt dubij generis: vt hic vel

hæc Carbasus, sæpius feminini generis, est genus lini, mixtæ tenuitatis, vnde fiebant vela, quæ ob id vndecunque fiunt, nunc carbasa dicuntur. *Grus*, epicœni generis sub hęc, vel hæc, avis est nota. *Grossus*, ficus abortiua, quæ non matu rescit. *Atomus*, corpus insecabile. *Lecythus*, ampulla olearia. *Pharus*, turris altissima in aliquo portu, propter nauigantium salutem, ad prælucendi ministerium fabricata. *Penus*, secundæ vel quartæ declinationis, est masculini generis vel feminini. Tertix verò solùm neutri generis est, quemadmodum & specus. Significat autem *Penus*, omne esculentum, & pnculentum, quo homines vescuntur. *Specus*, est spelunca, vnde spectare licet. *Paradisus*, id est, pomarium, & locus amœnissimus, in quo constitutus fuerat a Deo homo, feminini generis est apud Græcos, masculinè tamen dixit Hieronymus in Genesi. Item & Augustinus apud Orosium. *Aluus* olim quoque masculini generis erat, nunc tantùm feminini est, *Intubus*, herbæ nomen. *Phaselus*, nauicula velox, & oblonga. *Pampinus*, vitis ramus. *Arcus* vel aruus pro Iride, tam secundæ, quàm quartæ declinationis, meliùs est masculini generis. *Ficus*, arbor nota, solùm est feminini generis, per regulam geueralem. Pro fructu est masculini & feminini generis. Pro masculino quidem, solùm secundæ declinationis, etiam morbum quendam, à similitudine fici significans. Pro feminino genere, tam secundam quàm quartam declinationem recipit. Hęc est sententia doctissimi Vallæ. *Vulgus*, est multitudo ignobilis, tam masculini, quàm neutri generis. Tantùm sunt neutri generis, *Pelagus*, inare: & *Virus*, venenum, grauis odor.

*Femineū est laus, fraus, velut s, cui consona iuncta est.*

Laus & fraus, & omnia nomina desinentia in s præcedente consonante, sunt feminini generis: vt *Trabs*, plebs, puls, vrbs, stirps, ars, glans, mens, &c. *Laus*, propriè virtus, & laudatio. *Fraus*, deceptio, & periculum. *Trabs*, crassum lignū in edificio. *Plebs*, id est, vulgus, hæc plebes, plebei, idem *Hiems*, id est, bruma. *Vrbs*, id est, oppidum.

*Mascula sunt pons, fons, mons, seps dū denotat anguē.*  
*Et cum dente chalybs: asis cui iungito parteis:*

Et polysyllaba in s, dum p̄ preponitur illi.

Excipiuntur ab illa regula quædam masculini generis, & sunt hæc: *Fons* à fundeudo, quia fundit aquam. *Pons*, asser, vel quiduis aliud, per quod supra aquas transimus. *Môs*, terræ tumor altissimus. *Seps*, paruus serpens ex cuius i&ta membra percussa putrescunt: at *seps* pro sepimento est femininum, & in eadem significatione dicitur hæc *sepes*, huius *sepis*. *Dens*, e&en tant. *Chalybs*, populus quidam, & ferum optimum, & aliquid ex chalybe fabricatum. Item masculina sunt nomina significantia parteis assis. Vnde *As* est duodecim vnciæ. *Vncia*, est prima pars assis. Nomina itaq; de quibus loquor, sunt *Sextans*, sexta pars assis, id est, duæ vnciæ. *Quadrans*, vnciæ tres, quasi quarta pars assis, & vocatur etiam *Triuncium*. *Triens*, tertia pars assis, id est, vnciæ quatuor. *Quincunx*, vnciæ quinque, hoc in vnx desinit, non in ns. *Semis*, id est, semi as, hoc est, sex vnciæ. *Septunx*, in x non in ns, id est, vnciæ septem. *Bes*. i. vnciæ octo. *Dodrans* vnciæ nouē, quasi demto quadrante, & dicitur nouuncium. *Dextans*. i. vnciæ decem, quasi demto sextante. *Deunx*, in x non in ns, vnciæ vndecim, quasi demta vncia ab asse. Hæc nomina significant nummos & vasa. Item masculina sunt polysyllaba in ps: vt *Hydrops*, aqua intercus. *Aethiops*, masculinum est, quia feminina dicitur *Aethiopissa*.

Hic aut hæc *forceps*, & *adeps*, frôs, cû scrobe, serps, Atq; *rudens*, & *stirps*, dum truncum significabit.

Pauca in es desinentia precedente consonante, sunt duobij generis: vt *Forceps*, instrumentum quo tenetur aliquid. *Adeps*, id est, pinguitudo cuiuscunque rei. *Frons* semper nunc femininum est, siue folium, siue capitis anteriorem partem notet. *Scrobs*, fossa, aut puteus. *Serpens*. i. anguis. *Rudens*, funis nauticus. *Stirps*, pro origine, vel pro gente, solum est femininum: at pro trunco vel radice, tam masculini, quàm feminini generis est.

Hæc petit x: polysyllaba in ax, & in ex maribus do. Dictamen hæc *fornax*, *similax*, *carex*, velut *halex*.

Addatur *vibex*, cum *forfex*, atque *supcllex*.

Nomina in x sunt seminari generis: vt *Celox*, id est,

Scapha: nomen habet a celeritate. Pax, lex, nox, &c. Excipiuntur polysyllabata tam inter ax, quàm in ex, quia sūt masculini generis: vt *Thorax*. i. pectus, & pectoris munimentum. *Nycteorax*, coruus nocturnus, a nyx. i. nox, & corax, coruus. *Fratex*, medium quid inter arborem & herbam. *Pollēx* primus digitus, quia pre ceteris pollet. Inter polysyllabata. i. habentia plures syllabas quàm vnā, feminini generis sunt. *Fornax*, caminus vbi coquitur lapides. *Simulax* & *Semilax* genus hederæ, flore candido, olente lilium. *Carex*, herba acuta, & durissima, similis alparago. *Halex*, piscis. *Vibex*, signum flagelli in corpore. *Forfex*, instrumentum sartorum, quo aliquid scindunt. *Suppellex*, res domestica.

Mascula sunt *fornyx*, *phœnix*, cum *mastige*, *varix*,  
Et *bombyx*, *spadix*, & *oryx*: quodq; vncia præbet,  
*Grex*, & *eryx*, *sandix*, *voluox*, *calyx*q; , *calix*q; .

A regula, Hæc petit x, tolluntur plura masculini generis: vt *Fornyx*, arcus in ædificijs, & quodcunq; opus concaueratum. *Phœnix*, avis vnica *Phœnix*, etiam est ventus quidam, & fluius, & vir regionis *Phœnicix*, *Mastix* *mastigis*, id est, flagellum. Vtitur in compositis: vt *Homeromastix*, id est, reprehensor *Homeri*, & flagellator. *Varix*, vena tumida in corpore humano. *Bombyx*, pro verme araneorum in morem tenuissima fila ducente ad vestem faciendam. *Spadix*, est quidam color. *Oryx*, animal in *Cætulia*, ex caprarum genere. Composita ab vncia sunt. *Quincunx*, *septunx*, *deunx*, de quibus dictum est in præcedentibus. *Grex* pecudum multitudo. *Erix*, montis *Siciliæ* nomen. *Sandyx*, herba quædam, & coloris genus. *Voluox*, vermis, qui & conuoluolus, & inuoluolus dicitur. *Calyx*, cum y *Græco*, priore producta, masculini generis, bacca rosæ id est, rosa clausa: & omnis cortex, siue putamen, cui fructus aliquis includitur. *Calix*, cum i nostro, est vas potoriū, aut etiam in quo legumina & cetetera reponuntur.

\* Iusto  
obice  
dicec.

Hic aut hæc cortex, & onyx, cum prole, silex, lynx,  
Imbrex, calx, ranex, pumex, obicem volo iungi.

Atque culex, natrix. sunt, qui limax quoque iungat.

Quædam

*onyx sandyx*

Quædam nomina in x sunt dubij generis: vt hic aut hæc *Cortex*, & est velut corium cuiuscunque rei. *Onyx*, id est, vnguis, & gemma candorem habens vnguis humani. *Sardonyx*, gemma sardi, onychisq; colorem representans. *Silex*, est lapis durissimus, vnde excutitur ignis. *Lynx*, est animal maculosum, ex luporum genere acutissimè videns, cuius vrina in calculi duritiem vertitur. *Imbrex*, est canalis in tecto, per quem defluit imber. *Calx*, pes imus: dubij generis est. Aliàs tantùm feminini. *Ramex*, credo meliùs esse masculinum: est autè idè quod hernia. *Pumex*, lapis cauernosus, ad corpora leuiganda laudatissimus. *Plautus*. *Pumex*, nõ est æquè aridus, atq; hic est senex. *Obex*, obiectũ, vel obstaculum: vt pessulus, sera. *Culex*, vermiculus alatus. *Natrix*, serpens aquaticus. *Limax*, est testudo, & cochlea terrestris, quæ & *Limaca*, à limo dicitur.

## DE REGVLARI PARTIUM orationis casualium declinatione,

### LIB. II.

**D** eclinationis vocabulum, quia generale est, etiam verborum variationi conuenit Sed nobis heic est declinatio, dictionis per casus in fine variatio: vt Nominatiuo hæc *Musa*, Genitiuo huius *Musæ*, Datiuo huic *Musæ*, &c. Variatur autè per casus trestantum orationis parteis, quas ob id casuales vocant, & sunt Nomen, Pronomen & participium. Participia declinantur vt nomina. De Pronominibus in fine agitur.

Declinationes nominum sunt quinque quibus quandoquidem nomina dantur (quemadmodum & coniugationis verborum & personis) ab ordine quem acceperunt: hinc est, quod rectiùs interrogaturi sumus. Quotæ declinationis? vt & quotæ personæ? quotæ coniugationis? Quàm cuius declinationis, &c. Quotus enim de numero ordinali interrogat, non *Quis*.

Casus est declinationis gradus, & sunt sex: qui diui-

du ntur in rectos & obliquos. Recti sunt duo, nominatiuus & vocatiuus. Hic enim nominatiuo, qui propriè rectus dicitur, plerunq; similis est. Quatuor sunt obliqui, genitiuus, datiuus, accusatiuus & ablatiuus.

Nominatiuus casus est, qui rem nominat. Hunc quoniam à nullo cadit, impropiè casum dici volunt.

Genitiuus, qui ceteros gignit, & patruus dicitur, quia per ipsum resoluitur patronymicum, vt Priamides, Priami filius. Idem est possessiuus, & interrogandi casus.

Datiuus, significat id cui aliquid datur, vel acquiritur, aut etiam commendatur: ideo commendatiuus dicitur.

Accusatiuus, inculatiuus, & causatiuus, aliquid accusari, & causa fieri ostendit.

Vocatiuus vel salutatiuus, qui vocationem, salutationemq; dicit.

Ablatiuus, plerunq; id, à quo aliquid aufertur, significat: et dicitur Latinus, quia Græci hunc casum non habent.

Notabis in vniuersum de omnibus casibus, quod frequenter ab ordine suo denominantur. vt Nominatiuus vocetur primus, genitiuus secundus, datiuus tertius, accusatiuus quartus, vocatiuus quintus, & ablatiuus sextus.

Sunt qui adijciunt septimum, & octauum casum, de quibus in Syntaxi: nihil enim hi, quatum ad formationem pertinet, à datiuo & ablatiuo differunt.

## R E G V L A E G E N E R A L E S

les, siue pluribus declinationibus communes.

**C**ompositum, simplexq; modo simili gradiuntur.

*Demitur exanguis: siue carmine plura recludam.*

Simplex & compositum plerunque simili modo declinantur: vt pes & bipes. Excipitur autem à regula, *Exanguis*, quod genitiuum similem nominatiuo facit, licet simplex sanguis faciat sanguinis. Est autem *Exanguis*, carens sanguine, id est, admodum pallidus, vel mortuus. Tolluntur plura, nam à substantiuus facta adiectiua, in ablatiuus, & quosdam alijs casibus aliter erunt quam simplicia: vt *Caulis* ablatiuum facit caule, vnicaulis verò vnicauli. Et à manus composita sunt secundæ declinationis, vt vult Georgius

Valla,



Valla, cū Antonio NebrisI. Priscianus, cui suffragatur. Mau-  
cinellus, dicit esse, quartæ. Sed desunt testimonia.

*Rectum in compositis tantummodo flectere fas est.*

*Alteruter rectum nescit variare priorem.*

Dictio composita ex pluribus casibus non declinatur,  
nisi ex parte recti. Vnde si ex duobus nominatiuis cōficiat-  
ur, declinabitur vterque nominatiuus, si declinationem re-  
cipiat: vt *Respublica*, reipublicæ ciuitas libera, quæ iure regi-  
tur. Si ex recto & obliquo fiat, aut cōtra, solus nominatiuus  
declinabitur: vt *Tribunus plebis*, vrbis prefectus, iurisperi-  
tus, senatusconsultum, plebiscitum. Si verò nomen ex duo-  
bus obliquis constet, nullo modo flectitur: vt *Huiusmodi*,  
cuiusmodi, &c. A parte prima, excipitur *Alteruter*, quod  
licet ex duobus rectis constet, tamen solum declinatur po-  
sterior rectus sic: *Nominatiuo Alteruter*, alterutra, alter-  
utrum, genitiuo alterutrius, datiuo alterutri, accusatiuo al-  
terutrum, &c. Est autem *Alteruter*, quiuis è duobus, aut vnus  
è duobus. *Sulpicius* etiam excipit. *Olusatrum* pro petrosel-  
ino, & *Rosmarinus*, pro frutice quodam, quæ duo ex poste-  
riore tantum parte, vt alteruter, flecti testatur. Tamen si extra  
compositionem olus atrum dici possit: quemadmodum &  
*Columella* pro eodem, pulsum olus dixit. Quotiescunque  
alter nominatiuorum aliquo caret, tota dictio eodem care-  
bit: vt *Iusiurandum* caret genitiuo & datiuo, ablatiuo que  
pluralibus, quia illis ius caret. *Vnusquisque* caret vocatiuo, vt  
quisque. *Sui* ipse caret nominatiuo: vt *sui*.

*In neutris primus, quartus, quintus similes sunt.*

*Queis in a pluralis semper, cum flectimus exit.*

Nomina neutri generis in quacunq; declinatione ha-  
bent tres casus similes, nominatiuum, accusatiuum, voca-  
tiuum, in vtrolibet numero: & hi casus si declinentur, plura-  
liter terminantur in a: vt *Nominatiuo*, *Accusatiuo*, *Vocati-  
uo* scamnum, & in plurali scamna. Sic *corpus*, *corpora*, *cor-  
nu* *cornua*. Si non declinentur, non necessario pluraliter in  
a desinunt: vt *Centum*, *mille*, *rempe*. Itē *ambo*, *duo*, quamuis  
declinentur, in a nō desinūt, quia omnino irregularia sunt.

*Est primo quintus similis: sed Græcus saufert*

*Sæpe: velut Thoma, Thescu, Panthu, Pari, Palla.*

Vocatiuus vtriusq; numeri similis est nominatiuus: vt nominatiuus Musa, puer, panis. Vocatiuus ô; Musa, puer, panis. Pluraliter hæ Musæ, hi pueri, panes: ô Musæ, pueri, panes. Ab hac regula excipiuntur primò nomina Græca in s, quæ litteram s sepe in vocatiuo abijciunt: vt hic Aeneas, Thomas, ô Aenea, Thoma. Sic omnia primæ in as terminata. Hic Anchises, Priamides: ô Anchise, Priamide. Sic omnia in es primæ. Hic Tydeus, Orpheus: ô Tydeu, Orpheu. Sic omnia in eus per eu diphthogon desinentia. Hic Panthus, Oedipus, Melampus. ô Panthu, Oedipu, Melampu. Talia sunt admodum pauca. Hic Calchas, Pallas: ô Calchâ, Palla. Talia in tercia sunt omnia virorum propria in as, quorum fit genitiuus in antis. Pallas, Palladis, Deæ nomen habet vocatiuum nominatiuus similem. Hic Achilles, ô Achille. Hic Paris, ô Paris. Quod, vt alia quædam aliquando s litteram retinet. Ab hac regula exceptio declarabitur in declinatione secunda.

*Syncopa plurali nonnunquam fit genitiuo.*

Syncopa aliquando fit in genitiuo plurali. In prima quidem declinatione: vt Cælicolum pro Cælicolarum. In secunda: vt Deum pro Deorum. In tercia: vt Cælestum pro Cælestium. In quarta declinatione: vt currum pro curruum. Syncopa, est ablatio litteræ vel syllabæ è medio dictionis. Huic est figura contraria *Epanthesis*, que est adiectio litteræ vel syllabæ in medio dictionis: vt altuum pro altum, propter versum recipitur.

*Plurali similis sexto vult tertius esse.*

Datiuus & ablatiuus plurales cuiuscunque declinationis sunt similes: vt datiuo & ablatiuo Musis, magistris, patribus, manibus, diebus.

## PRIMA Declinatio.

**P**rima dat as, es, e, rektis, & a. patrius e vult Cũ terno. sed ab e rektio, genitiuus in es fit.

Casibus his Adam tantum flectunt & Abraham.

Prima declinatio habet quatuor terminationes nominatiui singularis. As. vt Aeneas, Andreas, Thomas, Damocetas, E-

Es, Elias, Isaias. Es vt Alcides, Chryses, Anchises, Manafes, & plura virorum propria. Quædam sunt appellatiua: vt Cometes, prophetes, leuites, psaltes. E: vt *Pentecoste*, festum Spiritus sancti interpretatur quinquagenaria, quia quinquagesimo die post dominicam resurrectionem celebratur. Talia quædã Latinè terminantur etiam in a: vt Helene, vel Helena: Grãmaticæ, vel Grammatica, &c. Sic se habet & in es huius declinationis nomina: vt Cometes, vel cometa: Planetes vel planeta. A vt *Pœta*, qui facit carmina. *Arca*, id est, cista. *Aræ*, nummus, qui datur in contractibus, euenit Gots penninck, vel pars solutionis in contractus initio data, dicitur etiã arrabo. Additur à uon nullis quinta terminatio au: vt Adam, Abraham. Quæ nomina licet indeclinabilia sint: vt Balaam. Ecclesiastici tamen in genitiuo datiuoq; nonnunquam Adæ, Abrahæ dicunt. **P A T R I V S** æ uult cum terno. Genitiuus & datiuus primæ declinationis singularis numeri desinunt in æ diphthongon: vt *Patriæ*, huius patriæ, huic patriæ, locus in quo quis natus est *Musa*, cantilena, & poëtarum *Dea*. *Aura*, lenis ventus, & splendor, & fauor. *Diphthongus* est duarum vocalium vim suam retinentium, in eadem syllaba conglutinatio. Et sunt Latinæ quatuor, æ, œ, au, & eu: vt *Musæ*, cœna, audeo, euge. *Diphthogus* dicitur à dis, id est, bis, & phthōgos, id est, sonus, quasi duarum uocalium sonus. Sed in æ & œ parum audiuntur a & o. Veteres frequenter in genitiuo per duas syllabas ai pro æ dixerunt: vt *Aulai*, pro *aulæ*: *pietæi*, pro *pietæ*. Vnde Virgilius. *Aulai* in medio libabant pocula *Bacchi*. Idem. *Diues pietæi* vestis, & auri. Vetustissimi ad imitationem Græcorum etiam as dedere nominibus præsertim in a purum in da, ra, tba, desinentibus: vt *Familia*, familias. *Leda*, *Ledas*: terra, terras: *Martha*, *Marthas*.

Sed ab e recto genitiuus in es fit. Excipiuntur à regula, quantum ad genitiuum, nomina Græca in e, quia genitiuum faciunt in es: Datiuum uerò in æ diphthongon: vt hæc *Pentecoste*, huius *penthecostes* huic *penthecoste*: Sic *Magdalene*, *Thysbe*, *Penelope*, *Calliope*, *Circe*, & alia plurima mulierum propria.

*Am faciat quartus. finita per vas, el a Græca*

An quoque

*An quoq; dant: en fiet ab es & ab e, nec, habent em.*

Accusatiuus primæ declinationis terminatur in an: vt hæc *Sella*, hæc *Sellam*, i. sedes: sic *Cella*, per e, est cubiculum & penarium: vt *Cælla* vinaria. *Camera*, testudo, id est, ædificij curuatura in modum cæli, aut palati. Finita per as, &c. Græca nomina in as & in a etiam mittunt accusatiuum in an: vt hic *Thomas*, *Aeneas*, *Boreas*, hunc *Thomam* vel *Thoman*, *Aeneam* vel *Aenean*, *Boream* vel *Borean*. Hæc *Ossa*, *Aetna*: hanc *Ossam* vel *Ossan*, *Aetnam* vel *Aetnan*, montium nomina sunt. Nomina in es & in e desinentia, faciunt accusatiuum in en, nunquam in em: vt hic *Anchises*, hunc *Anchisen*: hæc *Niniue*, hanc *Niniuen*.

*A sextus donat: tamen es ac e retinent e.*

Ablatiuus in a desinit: vt ab hac *Musa*, ab hoc *Aenea*. Sic *Lagens*, vas in quo viatores potum deferunt. *Fidelia*, vas fictile, cui vinum ac cereuisia imponitur. *Latrina*, locus priuatus ac latens, quem quisque domi habet. *Cloaca*, locus cauus, per quem colluuiæ fluit. *Mantua*, saccus, aut pera cuius pars post tergum, pars ante pectus, dum geritur, pædet. *Mantissa*, additamentum quod vltra iustam mensuram adijcitur rei venditæ, vt cereuisiæ, aut vino. TAMEN es, &c. Nomina in e & in es desinentia, faciunt ablatiuum in e: vt ab hoc *Anchise*, comete, ab hac *Theriace*, quoddam medicamentum, *dryakel*. *Strophe*, versutia, vel deceptio. *Ode*, i. cantus. Hæc & similia solùm in e ablatiuum habent. Ablatiuus autem in a fit à nominatiuo in a: vt *Theriaca*, *strophæ*, *oda*, sic de accusatiuo in ar. Sic nomina in es, in accusatiuo en solùm habent, in ablatiuo solùm e. *Anchisam* verò & *Anchisa* sunt à nominatiuo in a. *Anchisa* enim pro *Anchises* aliquando dictum est: vt *Atrida*, pro *Atrides*, id est, filius, vel nepos *Atrei*.

*Primus pluralis fit in æ, genitiuus in arum.*

Nominatiuus pluralis in æ diphthongon desinit, cui similis est vocatiuus. Genitiuus fit in ar: vt hæc *Musæ*, ò *musæ*, harum *musarum*. Nomina in e desinentia, Latini in plurali vix vnquam vsurpant, nisi secundum declinationem Latinam, tanquam singulariter terminentur in a.

*Tertius is postulat: tamen ab us paucula donant.*

Filia

*Filia, mula, duæ, liberta, equa, nata, Dea ambæ.*

Datiuus pluralis in is definit: datiuo ablatiuus similis est per regulam: Plurali similis, &c. vt his Musis, pennis. Octo indubiè habent abus: vt filia filiabus: sic nata, &c. quorum ambæ, duæ, nulla differentie caussa faciunt solum abus: vt duabus, ambabus: reliqua differentie caussa faciunt abus, ne de maribus videatur sermo. Vbi verò ambiguitas per adiecta tollitur. Inueniuntur quandoque is tenere. *Nata*, i. filia. *Liberta*, mulier libera, quæ fuit serua. *Libertus* talis vir.

*Accusatiuus semper pluralis in as fit.*

Accusatiuus in as finitur: vt has *Animas*, *crumenas*. *Anima*, est spiritus corpus viuificans. *Crumena*, marsupium. *Ansa*, est vasis auricula: etiam est fibula, quæ calceis infuitur, eæ ghespe: Tibullus. *Ansa*que compressos alligat arcta pedes. *Scutica*, verberandi ex funiculis instrumentum. *Dolabra*, leuigandi instrumentum.

## SECUNDA Declinatio.

**A**ltera sex rectis, *er, ir, eus, ur, dat vel us, aut um*.

*Addimus è Græcis, os & ou, per us, um varianda.*

Nominatiuus secundæ declinationis habet sex terminationes, *er, ir, eus, ur, us, um*. *Eus* est terminatio Græca. His iungimus Græcam terminationem *os*, quam Latini sepius in è vertunt in *us*: & *ou*, quam vertunt in *um*. Exempla sunt *Faber*, quicumque artifex malleo vitur, vt *Faber lignarius*: *Faber ferrarius*: *Faber murarius*. *Magister*, cui cura rei incumbit, vt *Magister pagi*: *magister vigilum*. Quicumque ludoliterario præest, *magister* rectè dicitur. *Glaber*, glabra, glabrum. i. caluus, sine crine, aut herbis, vel segete. Nam ager aliquando glaber est. *Scaber*, sordidus, asper: vt vngues *scabri*, cuius *scabra*. In *ir* tria sunt. *Vir* id est mas. *Treuir*, aliquis è ciuitate Treuirensi. *Leuir*, frater mariti, vel vxoris. In *eus* nomina ferè sunt virorum propria: vt *Orpheus*, *Perseus*, *Tydeus*. In *ur* vnicum est nomen adiectiuum. *Satur*, *satura*, *saturum*. In *us* & in *um* sine numero nobis cognita sunt: vt *Circus*, locus rotundus. *Hircus*, mas caprarum, *Colum*, vas per quod purgatur lac, aut alius liquor. *Solum*, quodnis sustentaculum: vt terra est hominis *solum*, *Quid*. Omne solùm forti patria est, vt *piscibus æquor*. *Os*: vt *Samos*, *Lesbos*.

On: vt Pelion, Ilion.

**I patrius seruat. Genitiuus non superabit.**

Genitiuus secundæ declinationis in i definit: vt huius Magistri, domini, scamni. GENTRIVS nõ superabit. Sententia est, Genitiuus secundæ declinationis non habet plures syllabas, quàm nominatiuus, & hoc dicunt, non crescit genitiuus: vt hic Vaser, huius vasis, id est, callidus & astutus. Ater valde niger. Atramentum, ater liquor ex quo fiunt literæ. Teter, id est, turpis, deformis. Insurandum, non crescit ea parte, qua est secundæ declinationis: & est sollemnæ iuramentum, & religiosa affirmatio.

Crescit ir, ur, gener & prosper, puer, asper, adulter, Presbyter atq; tener, miser, exter, gibber, Iberq; Et lacer, atq; socer, Liger, orta gero, fero, liber.

Addimus ijs dexter, cui syucopa fiet, vt asper.

Crescunt tamen pauca: vt quæcunque in ir desinunt, veluti Vir, viri: leuir, leuiti. Et ut: vt Satur saturi, cū sequentibus in er: vt Gener, generi, maritus filix. Prosper, prosperi, felicitatem adferens. Puer, est teste Varrone, qui nondum excessit annum decimum quintū. Asper, durus acutus. Sumitur pro Irato. Adulter, qui matrimonium violat: mulier Adultera dicitur. Presbyter, Græcè presbyteros, id est, senior. Tener, tenera, tenerum, id est, mollis: vt Tener agnus. Miser, infelix. Exter, extera, exterum, id est, externus. Gibber, id est gibbosus, vel gibberosus, qui tumorem in dorso habet, qui gibbus dicitur, vel hæc gibba. Iber, iberi, vel tertia. Iber, Iberis. i. Hispanus. Sub hoc nomine comprehenditur Celtiber, Celtiberi, à Celtis Gallix populis & liberis conflatum nomen: est populus Hispanix, regio vocatur Celtiberia. Producent autem liber & Celtiber semper genitiui penultimam, quàm alij heic corripunt. Lacer, laceratus, vel laniatus. Socer, pater mariti, vel vxoris. Liger, ligeri, viri proprium. Crescunt etiam composita à gero & fero: vt Clauiger, qui clauam gerere dicitur: vt Hercules, vel clauem, vt D. Petrus. Laniger, lanigera, lanigerum, id est, gerens lanam: vt Ovis est lanigera. Sic Sciger, corniger, belliger, &c. Signifer, id est, ferens signum bellicum. Stellifer, ferens stellas. Lucifer, ferens lucem, Sic saluifer, opifer, somnifer,

nifer, lethifer, mortifer, &c. Liber, priore lōga, adiectiuum,  
& Bacchi nomen. Nam pro cortice, aut codice minimè cre-  
fcit: vt Liber libri. Dexter dexteri, vel per syncopam dextrā  
habet: vt Asper asperi, vel per eandem figuram aspri.

*Conferuant normam pronominis ista secundam,  
Vnus, vter, neuter, solus, quis & vllus, & alter,  
Atque alius, totus. fuit olim patrius vni.*

Hæc nomina, vnus, vter cum suis vterque, vteruis, vterli-  
ber, neuter, solus, quis ex Donato notum, vllus, alter, alius,  
& totus, habent in genitiuo ius, & datiuo i, quia declinan-  
tur, vt pronomina secundæ declinationis: veluti Nomina-  
tiuo, vnus vna vnum. Genitiuo vnus, Datiuo vni, &c. Alius  
crefcit in genitiuo, non syllabis, sed quantitate, quia secū-  
da syllaba in genitiuo solū est longa, in nominatiuo au-  
tem breuis. Alterius penultimam solū corripit, quam re-  
liqua in prosa producunt, tantū in versu variant. Plebeū  
versiculi sunt. Rectus vult alius, poscit genitiuus alius. Cor-  
ripit alterius semper producit alius. Item alius facit datiuū  
trisyllabum alij, cūm reliqua datiuum faciant à genitiuo  
abiecta us syllaba. Sub *Vllus*, id est, aliquis, comprehenditur  
*Nullus*, id est, non vllus. *Vter*, quis è duobus. Cetera sunt no-  
ta. Neuter, habet neutrius in genitiuo, & neutri in datiuo,  
sæpius quàm neutri neutræ, nisi in Grammatica locutione  
neutri generis, pro quo nollem dicere neutrius generis.

*Fv i r* olim patrius vni. Veteres hæc omnia præter quis  
declinabant, vt bonus. Nec desunt etiam apud Ciceronem  
& Terentium testimonia.

*Ei, vel ei, vel eos, dabit eus: volet androgeos o.*

Nomen in eus desinens, facit genitiuum in ei sylla-  
bam, vel per duas syllabas in ei vel eos: vt Tydeus, Tydēi  
per duas syllabas, vel Tydēi per treis, vel Tydeos. Caue La-  
tinum putes esse genitiuum apud Virg 4. Ecl. Orphei Cal-  
lioepa, Lino fornosus Apollo. Est enim datiuus Græcus.  
Androgeos verò, facit in genitiuo Androgeo. Sub hoc cō-  
prehendi volo Apollos Apollo, Tydeus Tydeo, Athos  
Atho, & pauca alia que in os longum Atticè desinentia,  
habent etiam o in datiuo & ablatiuo. In accusatiuo on lon-  
gum velo. Vocatiuus autem est nominatiuo similis.

*I* uates quandoq; iacit, seu cura peculī.

Quando genitiuus terminatur in duo ij, solet alterura  
caussa metri quādoq; abijci. Virg. Nec spes libertatis erat,  
nec cura peculī Per Apocopen pro peculij. Sic Tuguri, pro  
Tugurij. Antonī pro Antonij. *Peculum*, est proprium ali-  
cuius bonum. *Peculiaris*, proprius. *Tugurium*, id est, domun-  
cula rustica. Virg. Pauperis & tuguri cōgestū cespitem culmē.  
*Apocope*, est ablatio literę vel syllabę a fine dictionis.

*Tertius & sextus formantur in o tibi casus.*

Datiuus & ablatiuus in o desinunt: vt huic Magistro,  
ab hoc magistro.

*U*mposcit quartus. quandoq; per on loco Græca.

*E*us ea uult etiam. per e quintus uertit us: absq;

*O* fili, Deus, & fluuius, populus, chorus, agnus:

*Q*uatuor hæc e uolunt etiam, vt pro Rege Latinus.

Accusatiuus in um desinit: vt *Mæander*, *Mæandrum*,  
fluuius quidam nimis curuus, & flexuosus. Ideo *Mæander*  
pro ambagibus & fraude capitur. Cic. Scio quos tu *Mæan-*  
*dros* quesuisti. *Tholus*, pertica in templo ad quam dona  
suspenduntur. *Scrupulus*, lapis in arena pedes ambulantium  
lædens, unde ponitur pro dubio, & molestia. Terent. Vnus  
mihi scrupulus restat, qui me male habet. *Scopulus*, mons  
lapideus prope mare, vel in mari. *Scopus* aliquid in quod sa-  
gittarij dirigunt sagittas. *Capulus*, quo culter, aut aliud tene-  
tur. **Q**UANDOQ; per on loco Græca. Nomina Græca quę  
possunt in os uel us desinere, faciunt etiam sæpe accusati-  
uum in on: vt hæc diphthongos, uel diphthongus, hanc  
diphthongum uel diphthongon. De neutris in nominatiuo  
in on uel in um desinentibus, hoc ipsum denuð præcipere  
superuacuum est. Quę in eus desinunt, sæpius accusatiuum  
in ea mittunt: vt *Tydeis*, *Tydea*. *Orpheus*, *Orphea*. **P**ER E  
quintus uertit us. Nomina secundę declinationis termina-  
ta in us mutant in uocatiuo us in e: vt *Cantherius*, ò can-  
therie equus castratus. Sic *Lanius*, qui laniat carnes, & eas  
uendit. *Tabellarius*, qui defert tabellas. i. epistolas. *Statua-*  
*rius*, qui facit statuas. **A**BSQ; ò fili, Deus. Excipiuntur à  
predicta exceptione paucula: vt *Filius* ò Fili, *Deus* ò Deus  
solūm;



Solùm. Fluius, ò fluius, vel fluuie. Populus pro hominibus, ò populus & popule Chorus ò chorus & chore. Agnus ò agnus & agne. Latinus, Rex Latij, ò Latinus & Latine. *Chorus*, est canentium cœtus, non sacerdotum subsellia. Sulpic. addit dictis, ò lucus. *Populus* prima longa pro arbore, *popule* tantùm facit.

*Cum proprium dat ius, demta us, fit in i tibi quintus.*

Propria in ius, demta us, faciunt vocatiuum in i: vt Laurentius, ò Laurenti Terentius, ò Terenti. Fabius, ò Fabi. Genius, ò Geni. Vocatiuus in i sempervna syllaba minor est nominatiuo: vt Pompeius trisyllabum, ò Pompei dissyllabum. Aliquando i consonans per Dixerim sit vocalis, & sic tam nominatiuus quàm vocatiuus syllaba longior est. Ouidius. Accipe Pompèi deductum carmen ab illo, Debitor est vitæ qui tibi Sexte sue. Martialis. Peruigil in pluma Caius ecce iacet. Idem. Quod peto da Cai: non peto consiliu. Caius per c scribitur, per g profertur.

*Primus pluralis fit in i. vult patrius orum.*

*Græcus in on fiet. is tertius. os dato quarto.*

Nominatiuus pluralis, cui vocatiuus est similis, fit in i: vt hi magistri, hi vulgi, hi Dei vel Dij. Priùs à Deus est, posteriùs à Dius, quòd veteres dixerunt pro Deus. Hinc mansit plurale Dij: quod magis in vsu est quàm Dei, & in datiuo & ablatiuo sæpiùs Dijs quàm Deis dicimus. Genitiuus pluralis desinit in orum: vt horum magistrorum, horum scânorum, horum ephippiorum. *Ephippium*, est sella equina, cui insidemus. *Ferculum*, in quo aliquid fertur: vt Lanx, & pro cibo capitur. Nomina festorum faciunt genitiuum plerunque in orum per hanc declinationem. Datiuum & ablatiuum sæpiùs in ibus: vt *Saturnalia*, festa Saturni. Genitiuus Saturnaliorum, aliquando etiam Saturnalium. Datiuo & ablatiuo Saturnalibus. De his sufficiat hunc versum adiecisse Badianum.

*Festa lego per ibus, licet orum dent genitiuis.*

GRÆCVS in on fiet, Græcus genitiuus in on longã desinit, & ita vtuntur sæpè Latini: vt pluraliter hi *Cimmerij*, horum *Cimmeriorum* vel *Cimmerion*. Tibul. *Cimmerion*

etiam obscuras accessit ad oras. Cimnerij, suot populi qui-  
bus perpetua nox est. Hinc multam obscuritatem, aut animi  
caliginem prouerbialiter appellant. Cimnerias tenebras.  
Is TERTIUS. Datiuus in is desinit, vt ablatiuus, veluti his pa-  
lis, qualis. *Palus* est crassus stipes. *Qualus* est sporta. Os DA-  
to quarto. Accusatiuus in os desinit: vt catulos, pullos. *Catulus*,  
fetus canis, & cuiuscunque feræ: vt *Carulus*, leonis, lu-  
pi, vrũ, muris. *Pullus*, fetus auium, & omnium mansuetorum  
animalium: vt pullus asinæ, præterquam boum: nam vitulus  
dicitur aut vitula: & ouium, quia agnus & agna dicitur: &  
caprarum: nam hedi & capelli dicuntur. Ambo, duo, licet  
ad tertium librum pertineant, hîc declarabo, quia primam  
secundamque declarationem maximè sequuntur.

*Ambo, duo, neutri generis sunt, masculi q̄.*

*Mas o vel os quartus donat: vult tertius obus.*

Singulari numero carent. Pluraliter nominatiuo ambo  
duo, ambæ duæ, ambo duo. Genitiuo amborum duorum vel  
duum, ambarum duarum, amborum duorum vel duum. Da-  
tiuo ambobus duobus, ambabus duabus, ambobus duobus.  
Accusatiuo ambos duos, vel ambo duo, licet rariùs, ambas  
duas, ambo duo. Vocatiui similes sunt nominatiuis, ablatiuus  
datiuus.

## TERTIA DECLINATIO.

*Tertia dat varios fines, dans is genitiuo.*

*Græcorum patrius vel in os, vel in i, vel in us fit.*

Tertia declinatio multas habet terminationes. Semper  
autem genitiuus fit in is: vt hic Pater, huius patris. Hic Vlyf-  
ses, huius Vlyssis, nisi Græca more Græco declinentur: tunc  
enim sæpè habent os: vt hic Pan, huius Panos, huius Vlyf-  
seos, Achilleos. Etiam huiusmodi in es propria quandoque  
habent ei. Horat. Od. 6. lib. I. Nec cursus duplicis per mare  
Vlyssæi. Versus est Asclepiadeus. Contrahitur ei sæpè in ei  
diphthongon. Virgilius. Quis talia fando Myrmydo-  
num, dolopúnue aut duri miles Vlissei. Temperet à lacry-  
mis? Idem. Exuias indutus Achillei. Sed Seruio teste, hi  
geni

genitiui non sunt ab es, sed ab eus potiùs. Nam multa Græca vel in eus per secundam, vel in es per tertiam declinationem inuocata sunt. Quandoque genitiuus Græcus in us desinit: vt hæc Echo, huius Echus.

Nominatiui terminationes in tertia declinatione sunt circiter septuaginta & vna. Literæ terminales vndecim: a, e, o, c, d, l, n, r, s, t, x. Litera terminalis est vltima dictionis litera. Terminatio, est vltima vocalis, vel in fine consonans, aut consonantes cum vocali annexa. Terminationes per ordinem ponentur.

A, vt *Maligma*, fomentum quo apostema mollitur. *Scoma*, cauillum, & vrbana irrisio.

E, vt *Conclauæ*, triclinium, & locus secretior in domo.

O, vt *Pernio*, morbus pedum ex frigore proueniens, & *calcaneum* infestans præcipuè. *Petafo*, coxa porcina, & ea pars, quæ ab alis incipit, & costas comprehendit.

C, post a: vt *Lac*, vel c post e: vt *Halec*.

D, post i: vt *Dauid*. Et u: vt *Bogud*, propria virorum.

L, post quinque vocales: vt *Sal*, mel, vigil, *Sol*, *Consul*.

N, post omnes vocales, præter u: vt *Titan*, *Siren*, *delphin*, *Dæmon*.

R, post omnes vocales cum y Græca: vt *Par*, ver, *gaddir*, cor, fur, martyr.

S, post omnes vocales, cum y Græca, & æ, ac au diphthongis: vt *As*, pes, lis, flos, mus. *Mys*, proprium viri, genitiuo *Myos*, æs, laus, fraus.

S, post sex consonantes, b, l, m, n, p, r. Et rursus.

Bs, post omnes Vocales: sed inter u mediat r: vt *Trabs*, cœlebs. *Libs*, ventus Afrius: & quod y Græcam habet *Chalybs*, serobs, vrbs.

Ls, post u: vt *Puls*, mollis cibus ex farina & lacte, vel cafeo, vel ouo, & melle, quo pro pane veteres utebantur.

Ms, post e tantum: vt *Hiems*. Ns, post omnes vocales: vt *Glans*, dens, mons, *Tiryns* cum y Græca. *Aruns*, proprium viri.

Ps, post omnes vocales cū y Græca, præter u: vt *Lelaps*, canis nomen apud Ouidium. *Septs*, *lbs*, vermiculus, qui cornua, vitesq; prærodit. *Ops*, Dea terræ *Gryps*, volucris maxima

ma & rapacissima. Vnū est habēs r ante ps, quod est Stirps.

Rs, post omneis vocaleis præter i: vt Ars, iners, mors, Tiburs, natus Tiburi.

T, post u tantum: vt Caput, sinciput, occiput.

X, post omneis vocaleis cum y Græca, & æ, & au diphthongis: vt Pax, Rex, pix, nox, nux, Sryx, fax, Faux.

X, post treis consonanteis, l, n, r.

Lx, post a tantum: vt Calx, falx.

Nx, post omneis vocaleis præter e & o: vt Lanx, vas latum & rotundum, in quo caro, aut aliud esculentum mensæ infertur. Meniux, septunx. Lynx, auicula quædam, cum y Græca in posteriore syllaba.

Rx, post a & e tantum: vt Arx, ab Arceo, quia arcet. i. prohibet hosteis accedere. Merx, res venalis. Plautus. Proba merx facile emptorem reperit.

Cherub & Seraph, sunt qui dicant interdum declinari huius Cherubis & Seraphis. Sed vt David & Bogud sua natura inflexibilia sunt, quia Barbara. In plurali Hebraicè dicimus Cherubim vel Cherubin. Seraphim vel Seraphin. De quorum genere hunc accipe versum.

Masculi aut neutri generis, Cherubin, Seraphin sunt.

*Semper a mittit atis. vertes e per is genitiuo.*

Nomen in a facit genitiuum addita tis: & omnia in a tertiz, sunt nomina Græca neutri generis. Ideo more Græco, faciunt etiam in genitiuo os: vt *Doma* domatis vel domatos, domus. *Aroma*, odoramentum. *Dogma*, decretum, scitum, placitum, & vt vulgè dicitur, statutum: malè pro doctrina sumitur, nec à doceo dicitur, cum Græcum sit nomen. *Syrma*, longa vestis, & tractus, & longus orationis processus. *Thema*, positum aut positio. *Torenma*, opus sculptum, politum, exlatum. **VERTES e per is genitiuo.** Nomen in e, vertit e in is in genitiuo: vt *Mantile* mantilis, linteum quo manus terguntur. *Ouile*, ouilis, stabulum ouium: vt *Equile*, equorum: *Caprile*, caprarum: *Bouile*, bouum: *Porcile*, porcorum.

*Addit onis post ð. dat inis muliebre do, goq;*

*Virgo, ordo, margo, cum cardine, Apollo, Cupido.*

*Turbo, homo, ceu nemo: tamen vnedo postulat onis.*

Nomen

Nomen in o, facit onis: vt *Aquilo*, Aquilonis, ventus septentrionalis, & ea mundi pars. *Pero* peronis, calceamentum rusticum. Excipiuntur à regula feminina in do, & go, quæ faciunt inis: vt *Capedo*, capedinis, vasculum fictile. *Intercapedo*, distantia & differentia. *Libido*, voluntas, & carnalis delectatio. *Hirudo*, languisuga, vermis aquaticus adhærens eruri, nec decidens, nisi plenus cruoris. *Hirundo*, auis nota, *Salsilago*, vel *salsugo*, salsus humor, pekeli. *Propago*, vitis ramus terræ infixus, & progenies. *Fuligo*, nigrum infumibuli. *Albugo*, alba macula in oculo: & album oui, quod albumen sæpius dicitur. *Croceû* oui, dicitur. *Vitellus*. *Ferrugo*, rubigo ferri: vt *Aerugo*, eris. *Ferrugo*, etiam est panni similis color. Item hæc dant inis: *Virgo*, tam mas, quam femina viridioris ætatis. *Ordo* ordinis. Item *margo*, *cardo*. *Cupido* nota sunt ex generibus. *Apollo*, *Sol*. *Turbo* turbinis, vertigo vëtorum omnia turbans. Etiam quidquid acutum est deorsum, turbo dicitur, à forma lusorij instrumenti, quo pueri maximè delectantur. *Tibul*. Namq; agor, vt per plura citus sola verberere turbo: Quem celer assueta versat ab arte puer. *Neminis* à nemo, rarus inuentu genitius. *Plautus* in *Cap*. *Neminis* misereri certum est, quia mei miseret nemo. A femininis in do, & in go, vnicum excipitur, quod est *Vnedo* vnedonis, arbor & ipse fructus, alio nomine arbutus & arbutum.

*Enis habent Anio, Nerio. caro dat tibi carnis.*

*Ennius* ab *Anio* anionis dixit, quæ declinatio exoleuit: & *Anio* ab alio nominatiuo rariore *Anien*, obliquos mutatur. Est autem fluuius in agro Tiburtino. *Nerio* *Nerienis*, vxor *Martis*. *Caro*, carnis, vleesch.

*Græca, velut Dido, muliebria sic modo flectes.*

*Vs capiat patris: reliqui dant o bene casus.*

Nomina Græca feminini generis faciunt genitiuum in us, reliquos obliquos in o: vt *Dido*, *Didus*: *Io Ius*, *Sappho*, *Sapphus*. *Calypso* *Calypsus*. Sic *Callisto*, *Pero*. *Drymo*, *Máto*, & cetera, mulierû vel Nympharum propria, & *Dearû*: veluti *Clios* *Clius*, vna *Mularum*. *Clotho* *Clothus*, vna *Parcarum*. *Argo*, *argus*, nomen nauis, Veteres declinabât hæc no-

mina: vt Sermo sermonis, quod Quintil. non probat, sic dicitur cens lib. r. Mihi placet Latinam rationem sequi, quousque patitur decor. Neque enim Calypsonem dixerim: vt lunonem: quanquam secutus antiquos Cæsar, vtitur hac ratione declinandi: sed auctoritatem cõsuetudo superauit. Hæc ille: cui suffragatur Phocas. O genitiui penult. producit: vt sermonis, nisi apud Græcos in on desineos corripiat: vt Agamemnon Agamemnonis, proprium viri. Sic gentilia quædam: vt Vangio Vangionis, Saxo Saxonis, &c. Inis corripitur: vt Virginis. Enis producit: vt Anienis, Nericiis, ab antiquissimis etiam correptum, teste Gellio.

*Halecis, lactis, Davidis, Bogudis effec.*

Halec facit penult. longa halecis. Lac facit lactis. David Davidis penult. longa. Bogud bogudis penult. breui.

*Additur is post l. sed his iungunt sibi mel, fel.*

Nomina in l litteram desinentia assumunt in genituo is: vt Sal salis, Animal animalis, corpus sentiens. Hic & hæc Animalis & hoc animale, ad animal pertinens. Vestigal, tributum, vel redditus. Cice. Non intelligunt homines quantum vestigal sit parsimonia. Michael Michaëlis. Bel Belis, idoli nomen. Eiusmodi in el peregrina aliquando declinantur in sacris, & si volumus, manent indeclinata: vt Abel, huius Abel, vel huius Abelis. Multa nunquam flectuntur, vt Rahel, Bethel, Michol, Baal, Thubal, & apud Plinium locorum nomina dissyllaba, teste Hermolao, Vel & Suel Mel & Fel addunt genituo lis: vt Mellis, fellis. Neutra in al cum el, & Sol penultimam genitiui producant: vt Animalis, Michaëlis, Solis. Reliqua corripuntur: vt Hānibal Hānibalis, Hiempfal Hiempsalis, Hasdrubal Hasdrubalis, propria virorum. Sal salis, quamuis olim etiam fuerit neutrum. Vigil vigilis, Præsul præsulis.

*Additur is post n. tamen on quandoque dat ontis.*

*Donat inis neutrum pecten, flamen, cano natum.*

Nomen in n desinens, facit genituum adiecta is syllaba, vt Titan, titanis, frater Saturni, & Sol. Pan Panis, aut rectius Panos, quia Græcum est, vt à genituo huius nominatiui panis distet. Sic malim dicere in accusatiuo Pana, quam Paanem. Delphiu delphinis, Agon, agonis, certamen. Canon, id est, re-

id est, regula. Quædam in on faciunt genitium in ontis: vt Phaëthon Phaëthōtis, filius Phœbi. Charon Charontis, portitor inferni. Acheron, Acherontis, Phlegethon phlegethōtis, fluuij infernales. Pauca sunt eiusmodi nomina appellatiua: vt Bison, bifontis, animal ferum simile tauro iubatum. Chamaleon, chamæleontis, animal quod solo vento dicitur pasci, & herba quædam Horizon horizontis, visus nostri terminus. Neutra in en faciūt genitium in inis. vt Numen numinis, Deus vel diuina potestas. Sumen & Abdomen, pinguitudo ventris suilli. Gluten, viscus materia tenax, qua aues capiuntur, & qua aliquid coniungitur. Bitumen, humor tenax, quo pro calce vtimur. Flamen, siue neutrum est pro flatu, siue masculinum pro sacerdote, flaminis facit. Sic Pecten Pectinis, & omne compositum à verbo Cano: vt Tubicen, Lyricen. En producit genitiui penultimam, nisi facit inis, tūc corripit. In producit genitiui penultimam. On modo producit: vt Simon, Babylon modo corripit: vt Dæmon, Canon. In paucis variat: vt Aegon, Orion. Certiorem regulam de on, non habeo.

*R capit is . far, ris: Lar, tis, proprium maris, hepar  
Hepatos efficiet . cris mobile cer dat vt acer,  
Ac alacer . bris dant imber cum prole, saluber,  
Et celeber . per tris ter formes omne Latinum,  
Et pater, & mater, linter . dat eris later, & cōr  
Cordis, iter tineris: Iouis optat iupiter vsq;  
Robur oris, iecur atq; femur tibi præbet eburq;.*

Nomina tertiz in er desinentia adijciunt gō is: vt Altar, aris. Specular, per quod speculamur: vt fenestra. Pulvinar, puluinus, quod dormituri capiti subijcimus. Torcular, prelum, in quo vix torquentur. Subligar, subligaculum, & velamen lumborum. Agger, alta terra opposita aquis. Rancor, corruptio carniū, & aliarum rerum ex vetustate. Mucor, lanugo, quæ diutino situ contrahitur: vt in pane, carne. Vapor, fumus quidam, & nebula è calidis ascendens. Pedor immunditia & putor. Fulgur, fulguris, fulmen: sed Fulgor, est splendor. Excipiuntur multa à regula. Nam Far geminato rr facit farris est quoduis frumentum: vt triticum, hordeum.

deum. *Lar*, nomen imperatoris, facit *Lartis*, teste Prisc. sed sæpius in nominatiuo *Lartes* inuenio. *Lar*, Dei nomē, & pro domo, *Laris* facit. *Hepar*, hepatis vel hepatis, Latine iecur. Tria adiectiua, alacer, volucer, acer, faciunt *cris*: quibus addes mediocer, si inueniatur. *Acer*, pro arbore, aceris facit. *B R I S* dant *Saluber*, *celeber*, *imber*, cum compositis, *Septēber*, *October*, *Novem̄ber*, *December*, quæ sunt mensium nomina. *Imber*, est pluuia. Omnia Latina inter faciunt *tris*: vt *fratris* *ventris*. *Vter*, *vtris*, est vas vel saccus ex corio vel pelle, quo liquor conseruatur. Item tria Græca, *pater*, *mater* & *linter*. Cetera inter Græca, *eris* habent, per regulam: vt *Aether ætheris*. i. elementum ignis & cælum. *Character*, forma vel signum. *Clyster*, instrumentum, quo aquam in altum iaculamur, & quo chirurgi vtuntur, in purgatione corporis. *Crater*, vas amplum, cui vinū, aut oleū, aut aliud quippiam imponimus. *Latr*, quamuis latinum sit inter desinens, nō facit *tris*, sed *eris*, & est lapis coctilis. *Cor cordis* facit. *Iter*, *itineris*, à nominatiuo olim v̄sitato *itiner*. *Iupiter* facit *Iouis*, ab antiquo nominatiuo *Iouis*. Quatuor in ur faciunt *oris* *Robur*, *roboris*, fortitudo, & *quercus* durissimæ species. *Iecur*, *iecoris* vel *iecinoris* siue *iocinoris*, tanquam à *vetri* nomine *iecinus* vel *iocinus*. *Femur*, *femoris*, superior pars cruris, à *coxa* vsque ad genu: vt *Femur anserinum*, *gallinaceum*, *anaticum*, *leporinum*, *cuniculinum*. *Ebur*, *eboris*, os vel dens elephantis. *Ar*, penult. genitiui producit in neutris, cum *Nar*. *Demito* *nectar*, *iubar*, *hepar*, *par*, quæ corripunt: & omnia in *ar* quæ nō sunt neutra: vt *Cæsar*, *Cæsaris*. Et corripit penultimā: vt *Mulier*, *ether*, *aër*. Cetera Græca producant: veluti *Iber*, *crater*, *character*, *clyster*, quibus vnum Latinum addes, quo d est *Ver* *Ir* corripit: vt *Gaddir*, *marryr*. *Or* producit penultimam genitiui: vt *color*, *foror*. *Tollūtur*, *equor*, *marmor*, *memor*, *arbor*, *bicorpor*, *tricorpor*, *indecor*, *dedecor*, et si quæ sunt eiusdem deriuationis alia, cum Græcis: vt *Hector*, *Antenor*, *rhetor*, & *Castor*, tam appellatiuum, quàm proprium. *Auctor* tamen producit tantum. *Vr* corripit tantum: vt *Fulgur*, *guttur*. *Excipitur* vnum, quod est *Fur* *furis*.

*As* interponit *ti. mas*, *maris*, *as* dabit *affis*.

Hoc vas vasis habet: vas hic vadis. *antis* habentō

Mascu-



*Mascula Græca: volunt per adis non mascula poni.*

Nomen in as desinens, facit genitiuum inrerponēdo syl labam ti, inter a & s: vt *Simultas*, tumultatis, odium. *Prauitas*, prauitatis, malitia & iniquitas. *Aequitas*, gerechiicheyr. *Mæcenas*, optimi viri nomen, qui Virgilium. Horatiumque, & alios doctos opibus iuuit. Hinc docti dites patronos *Mæcenas* appellant. *Martial*. Sint *Mæcenas*, non deest *Flacce Marones*. *Vulgus* addit *Abbas* abbatis: cuius femininum purat esse *abbatissa*, sed errat si *Georg. Vallæ* credimus, qui vult *Abbas* esse eominunis generis, & declinationis primæ. Excipiuntur à regula *Mas maris*, as *allis*, hoc vas vasis, hic vas vadis. Et Græca masculini generis, quæ faciunt antis: vt *Elephas* elephantis. Sic *Gigas*, *adamas*. *Atlas*, *Palas*, *Palantis* vel *Palantos*. *Euandri* filius, & c. Reliqua Græcā masculini generis, faciunt adis vel græcānicè ados: vt *Pallas*, *Palladis* vel *pallados*, *Dea sapiētix*. *Arcas*, *Arcadis* vel *Arcados*. *Cyclas* *cycladis*, vestis feminea, rotunda, explicabilis vel *spariola*. *Hebdomas*, numerus septenarius, Latine septimana, spatium septem dierum. *Decas*, numerus denarius. *Olympias*, lustum, siue quinquenniū. *Lampas*, fax aut splendor. *As* producit penult. genitiui: vt *Mæcenas*: nisi *Anas* *anatis*, *avis* nota. Corripitur cum isto, *maris*, *vadis*, & quæcunque adis habent. vt *Palladis*, & c.

*Es mutabis in is. Græcus dat multa per etis:*

*Adde quies, locuples, mansues. per etis teges exit,*

*Et seges, interpretes, præpes, pariesq; abiesq;*

*Indiges, atque aries, perpes, teres, ac hebes addo.*

Nomen in es desinens, mutat es in is: vt *Labes* *labis*, macula vel ruina. *Strages*, prostratio: vt *Ventus* facit *stragem* arborū. *Cades*, occisio. *Moyse* vel *Moses*, *Moyssi* vel *Mosis* potius facit quàm *Moyssi* vel *Mosis*. Hoc etiā per primam *Moses* *Mosæ* declinatur. Dicitur est quoque in secūda *Moseus*, *Moseos*, vt *Orpheus*. Excipiuntur à regula multa Græca, quæ habent etis penult. longa: vt *Tapes* *tapetis*. Sic *Cres*, *Iebes*, *magnes*, & plurima propria virorum: vt *Chremes*, *Hermes*, *Laches*, *Thales*. Horum quædam manent quando que sub regula: vt *Chremes*, huius *Chremis* vel *Chremetis* *Terentius*. Puerum inde abiens conueni *Chremis*. Idem.

Chremetem saluere iubeo. His adduntur Latina. *Quies*, quietis. *Locuples*, locupletis, diues, quasi locorum plenus. *Mansues*, mansuetis, id est, mansuetus. Quædam faciunt etis penult breui: vt *Teges*, tegetis, vile stragulum, quo tegitur lectus. *Seges*, frumentum in spicis. *Interpres*, qui aliquid declarat, aut ex lingua in linguam transfert. *Præpes*, aliè & sublimè volans. *Abies*, een abeelboom. *Indiges*, homo post mortem inter duos relatus. *Perpes*, id est, perpeius, continuus. *Teres*, rotundus cum longitudine, *Hebes*, obtusus, minimeque subtilis.

*Dic verres, verris, vates, vatis . per itis fit*

*Communis generis non dictum, siue marini.*

*Pes dat edis . natum sedeo dat idis: volet edis*

*Heres vt merces. Cererisq; Ceres retinebit.*

*Aes æris, præ prædis habet: diphthongus vtriq; est.*

*Verres* facit *verris*. *Vates* *vatis*. i. Poëta, vel Poëtria, & qui cunq; futura prædicit. Reliqua masculini generis, aut communis, de quibus nihil dictum est, mutant es in iis penult. breui: vt *Poples*, *poplitis*, *miles*, *miliis*. Sed *pes* facit *pedis*. Sic composita, *compes*, *bipes*, &c. Cõposita à *sedeo* faciunt *idis* penult. breui: vt *Obses*, *obsidis*, qui vel quæ ob fidem pignori datur. *Deses*, *piger*. *Claudia*. *Desides* aurigæ non adit currus habenas *Heres*, facit *heredis* penult. longa, est ad quem defuncti bona iure perueniunt. *Mercēs*, *mercedis* penult. longa. i. præmium. *Iuena*. *Nosse* volunt omnes *mercedem* soluere nemo. *Ceres*, *Cereris*, Dea frugum. *Aes*, *æris*, & *præs*, *prædis*, *diphthogon* æ habet. *Præs*, est fideiussor in lite numaria. *Ausonius*. *Quis* subit in pœnam capitali supplicio? *vas*. *Quis* cum lis fuerit numaria, quis dabitur? *præs*.

*Is non mutaboq; . dant dis cuspis, lapis, atq;*

*Plurima Græca . facis per ios, vel eos, vel yos, vel*

*Entis, Græcorum quædam. charis at charitis vult.*

*Is* habet genitiuum similem nominatiuo: vt hæc *Vis*, *huius vis*, significat virtutem, fortitudinem & violentiam: hic *panis*, *huius panis*. Sic *ouis*, *pestis*, *vestis*, &c. Excipiuntur *lapis* &

p̄is & cuspis, quæ abiecta s littera faciunt dis: vt lapidis, cul-  
 pidis. *Cuspis*, est acies hastæ, vel alterius rei acutæ. In idis  
 vel idos genitiuū faciunt plurima Græca: vt *Cassis* cassidis,  
 feminini generis. i. galea. Græcū esse docet Prisc. ex Probo.  
 Aliud est nomen masculini generis nō crescens, hic *Cassis*,  
 huius *cassis*. i. rete. *Aspis* aspidis, serpens quidā. *Pyxis*, vascu-  
 lum vnguentariū, vel cui quiduis aliud imponitur. *Pyramis*,  
 ædificiū in cacumen à latitudine desinens, vel turris habēs  
 flammæ figuram. *Chlamys* per y Græcū, vestis militaris. *Pa-  
 ropsis*, laux, & scutella cibaria. *Absis* absidis, curuatura vel  
 arcus in muro, & rotæ testudo, in qua figuntur radij. *Syrtis*  
 Syrtidos, aliquādo etiam Syrtios, locus in mari periculosus  
 propter multitudinem arenæ. Itē idis habent nomina in is  
 patronymica & formā patronymicorū habentia, vti sunt in  
 is, librorum nomina. *Aeneis*, *Thebais*, *Achillers*. Et gētibz:  
*Colchis*, *Sunamitis*, *Moabitis*. Et omnia feminina, quorū  
 masculina in a vel in es desinūt: vt *Poëtis*, *prophetis*, *navi-  
 tis*, &c. Itē nominavirorū: vt *Paris*, *Adonis*, *Daphnis*, *Alexis*.  
 Itē mulierū propria: vt *Mysis*, *Lais*. Quædā fluuiorū nomi-  
 na: vt *Thybris*, *Phasis*. *Tigris*, tam pro animalis velocissimo  
 & truculentissimo, quā fluuiio, facit in gō *Tigridis* vel *Ti-  
 gris*. Sic plura possunt genitiuum nominatiuo similem ha-  
 bere: vt *Adonis*, huius *nidis* vel *Adonis*. *Paris* huius *Paridis*  
 vel *Paris*. D I X I notanter plurima Græca, non omnia: quia  
 multa genitiuum nominatiuo similem efficiunt: vt *Tibe-  
 ris*, trisyllabū, huius *Tiberis*, & est idem quod *Thybris*. *Cha-  
 rybdis*, huius *Charybdis*, quidam periculosissimus in mari-  
 locus. *Lachesis*, vna *Parcarum*. *Charis*, peculiarem formam  
 habet, faciens *Charitis*. Sed rariùs in singulari numero re-  
 peritur. Tres enim erant *Charites*, à Latinis *Gratiæ* dictæ,  
 F A C I S per eos, &c. Quædam Græca faciunt genitiuum in  
 eos vel ios: quædam etiam in yos per y Græcum: paucissi-  
 ma in entis. De eos vel ios: vt *Metamorphosis*, metamor-  
 phoseos vel metamorphosios, *Metamorphosis*, est trans-  
 formatio, *Hæresis*, secta. *Polis*, vrbs. Hinc *Nicopolis*, *Helio-  
 polis*, *Constantinopolis*, &c. *Poësis*, opus pnēticum. *Gene-  
 sis*, generatio. *Basis*, gradus, fundamentū, sustentaculū. *Lexis*,  
 dictio. Hinc *Lexicō*, est liber, vt vocāt, *vocabularius* à Græ-  
 co λῆξω. i. dico. *Parænesis*, admonitio. *Nemesis*, dea superbo-  
 rum

rum vltrix. Multa inuenies talia per ios iuxta communem Græcorum linguam per eos, si os breue sit iuxta Ionicam: si sit lôgum, iuxta linguam Atticam. Quæ omnia Latinis sine crescèria nonnunquam efferuntur. De yos: vt *Chelys*, *chelyos*, instrumentum musicum. *Erinny*, *erinnys*, Furia infernalis. *Tethys*, *Tethyos*, est Dea maris, vxor Oceani. At *Thetu*, *Thetidis*, cum aspiratione in prima, & i Latino in secunda syllaba, mater fuit Achillis. *Tiphys*, viri nomen: vt *Capys*. De entis: vt *Simon*, *Simoentis*, fluuius Troiæ. *Pyrois*, *Pyrocatis*, vnus equorum Solis. *Opois*, *Opoentis*, vrbs quædam, & flectitur etiam *Opus opuntis*.

*Quod dedit er dat eris. quod in n fuit, vt prius effer-*

Pauca nomina in is, faciunt genitiuum in eris, quia olim terminabantur in er: vt *Puluis*, *pulucris*, *cinis*, *cineris*. Olim *puluer*, *ciner*, *Vomis*, *eris*, vel etiam nunc *vomer vomeris*. Itaq; in his tribus, proprii obliqui exoleuerunt. Duo sunt in is vel in er desinentia, pro vtraq; terminatione proprios obliquos retinentia: vt hic *Cucumer*, huius *cucumeris*, vel hic *cucumis*, huius *cucumis*. Hic, hæc, hoc *Puber*, *puberis*, vel hic & hæc *pubis*, hoc *pube*, huius *pubis*, id est, maturus ad generandum. Sequitur. *Q v o d in n fuit, &c.* Nomina in is desinentia, quæ etiam in n litteram desinere reperta sunt, obseruant regulam de n littera: vt *Sâguis* facit *sanguinis* penultima correpta, quia olim dicebant hoc *sanguen*, huius *sanguinis*. *Pollis* *pollinis*, quia etiam dicitur *pollen* *pollinis*. Multa Græca faciunt genitiuum in inis penult. longa, quia nominatiuus per in efferri potest: vt *Delphis*, *Delphinis*. *Eleusis*, *Eleusinis*, oppidi nomen: vt *Salamis*, *Salaminis*, quia etiam dicimus *Eleusin*, *Salamin*, *Trachyn* vel *Trachys* cum y Græco, *Trachynis*: est Bœotix vrbs. Sic *Phorcys* *Phorcynis*, proprium viri: & *Arys*, *Aryuis*.

*Dis, lis, dant itis, cum Samnis: iunge Quiriten.*

*Glis solum gliris, semis semissis habebit.*

Quatuor in is habent itis, penult. longa: vt *Dis* *Ditis*. *Lis* *litis*. i. discordia. *Samnis*, *Samnitis*, *Quiris* *Quiritis*: gentilia nomina. Hic & hæc *Dis*, & hoc *dire*. i. diues inuenitur rariùs. *Glis* pro animali, *gliris* facit. *Glis* *glitis* pro tenacè terra &, *Glis* *glissis*, pro lappa, Barbara sunt. *Semis*, à semi & a se est

as est enim dimidium assis, semissis facit. Semis pro dimi-  
dio non flectitur, & melius in i desinit sc̄mi, quo extra com-  
positionem raro vtuntur. Is genitiui penultimā in crescen-  
tibus corripit: vt lapis lapidis. Tolluntur in is, quorum no-  
minatiui terminatio etiam est in: vt Delphis cum *Psophis*  
*Psophidis*, oppidi nomine: & *Crenis* *Crenidis*, *Nymphæ* no-  
mine. Et *Lis*, *Dis*, *Samnis*, *Quiris*, *glis*, *Simois*, *Pyrois*.

*Os ti interponit. glos, mos, flos, ros, facit oris.*

*Quod dedit or, faciet veluti prius. offis os optat,*

*Os oris: custos custodis, bos bouis: ois*

*Thos, Minos, & Tros cupiunt: quibus additur heros.*

Nomen in os facit genitium interponendo syllabam  
ei inter o & s, & ita facit otis: vt *Cos* *cotis*: *Sacerdos* *sacer-*  
*dotis*. Sic *Dos*, *nepos*. *Monoceros*, id est, vnicornis bestia in  
fronte cornu habens, *Rhinoceros*, animal in naso cornu ha-  
bens. Excipiuntur à regula *Glos*, *mos*, *flos*, *ros*, quæ faciunt  
ois: vt *gloris*, *moris*, *floris*, *roris*. *Glos*, est, mariti, soror, vel  
fratris vxor. *Mos*, consuetudo. *Flos* een bloem. Habent etiā  
oris, quæ in or quoq; desinunt: vt *Odos* *odoris*. *Vapos*, *vapo-*  
*ris*, vapor, fumus ex humidis calefactis surgens. *Lepos*, *lepo-*  
*ris* vel *lepôr*. i. venustas & iucunditas in factis aut verbis. *Hon-*  
*nos*. i. honor. *Cic*. *Honos* alit *arteis*. *Arbos*, i. arbor. *Virgil*.  
*Nunc* omnis parturit *arbos*. *Os* *osis*, & *os* *oris* satis patet.  
Ita & *custos* *custodis*, *bos* *bouis*. Quædam Græca faciunt  
genitium in ois penultima longa: vt *Thos*, *thois*, animal  
ex luporum genere. *Minos* *Minois*, *Cretensium* rex fuit iu-  
stissimus: ideo à poëtis dicitur esse animarum Iudex. *Tros*,  
*Trois*, fuit *Troix* Rex et capitur pro *Troiano*, persepe apud  
*Virgil*. *Heros*, homo nobilissimus, quales dicuntur fuisse  
*Hercules*, *Hector*, *Perseus*. Talis femina dicitur *Herois*, *He-*  
*roidis* vel *Heroine* *Heroines*. *Os* *osis* & *os* *oris* producuntur  
vndiq; præter *compos* *compotis*, & *impos* *impotis*, & *ar-*  
*bos* *arboris*. *Custodis* producitur: corripitur verò *bouis*.

*Vs tibi mittit oris. peius ceu peior habebit.*

Vs facit oris, penult. breui: vt *Corpus* *corporis*. *Compara-*  
*tiva* faciunt oris penulti. longa. vt ea quæ in or desinunt,  
veluti *peius* *peioris*, *melius* *melioris*. *Exempla* principalis  
regulæ pauciora ferme sunt, quàm in ea quæ excipiuntur: sed  
quia pa-

quia parum interfuisset, nolui mutare regulā. Exempla itaque sunt. Lepus leporis, frigus frigoris. *Corpus*, omne sensibile. *Decus*, honor. *Dedecus*, inhonestas. *Litus*, terra prope mare. *Fenus*, pecuniæ lucrium. Aliquādo pro quocunque lucro ponitur. *Tempus* etiam pro capitis parte, super aurem utraq̃. Virg. Caua tempora pullat. *Nemus*, silua pectus, anterior pars animalis, à gula vsque ad ventrem. *Tergus*, corium, vel pellis. Virg. Tergora diripiunt costas & viscera nudāt. *Tergum* verò est dorsum. *Facinus*, factum siue bonū, siue malum. Terent. Non fit sine periculo facinus magnum & memorabile. *Pecus*, pecoris, quando est neutri generis femini generis, pecudis facit. *Pignus* & *fenus* etiam faciunt eris, sed utrunque rectius habet oris, ut sequitur.

Dant eris, *hulcus*, *olus vellus*, *Venus*, & *genus*, atq̃  
*Viscus*, *acus*, *fenus*, *scelus*, & cum pondere, *vulnus*,  
*Munus*, *onus*, *sidus*, *latus*, *ac opus*, & *vetus* addo.  
 Et *funus*, *rudus*. sed oris vel eris dare *pignus*,  
 Ut *fenus* dicunt: melius per oris fit utrunque.

Quædam nomina in us mutant us in eris penultima breui: ut *Hulcus*, hulceris collectio corrupti sanguinis in corpore. *Olus*, omnis herba satiuæ, quæ in vsu cibario est. *Vellus* velleris, pellis cum lana, & ipsa lana. *Venus* veneris Dea amoris. *Genus*, progenies, & rei modus, vel qualitas: ut *Genus* mortis, *genus* vitæ. *Viscus*, visceris, propriè intestinum est, & omnis caro cute contacta. *Viscus*, secundæ, vel viscum, est glutinum. *Acus* aceris, frumenti purgamentum. *Fædus*, pactum & pax, quæ fit inter dimicantes. *Scelus*, graue peccatū. *Pondus*, quod graue est. *Vulnus*, læsura & hians apertura corporis ictu facta. *Munus*, donum. Item *munus* est officium. Virgil. Susceptum per fice munus. *Onus*, pondus alicui iniunctum. *Sidus*, est signum cælestis à stellis formatum: licet aliquando pro stella capiatur. *Latus*, quod infra alam est. *Opus*, res facta: ut *Carmen* est opus Poëtæ. *Vetus*, antiquus. Hinc *vetulus*, vetustus. *Funus*, cadauer, & exequiæ, & mors. *Rudus*, lapidum frusta, & ruinarum materies. *Pignus*, quod creditori datur, ut sit securus: & pignora per Metaphoram filij dicuntur. Ouid. Dulcia sollicitæ gestabant pignora matres. Item *pignus* est quod deponitur apud  
 sequet.

sequestrum. Virg. Tu dic, mecum quo pignore certes.

Glomus omili, quia glomeris magis videtur esse à glomer, quem nominatiuum ponit Perottus. *Glomus*, glomī frequentius est, & significat globum è filis conuolutis.

*Vris* habet tellus, veluti monosyllaba. *grus, sus, Dant uis. intercus dat utis. Liguris Ligus optat.*

*Dat pecus hæc pecudis: locagræca feruntur in vntis.*

*Pus ortum dat odis. incus, subscus, palus, udis.*

*Vtis femineum reliquum. laus, frausq; dat audis:*

Tellus & monosyllaba in us habent uris, penult. longa: vt *Tellus*, telluris, *Dea tetræ*, & ipsa terra. *Im*, iuris, quod natura, aut ciuitas, aut gens iuber. Et liquor eorū, quæ coquuntur. Hinc *iurulentus*, & *iussulentus*, iure coctus: vt *Caro iurulenta*, quæ cum iure apponitur: sic *Piscis iurulentus*. *Pm*, per ris, sanies, & quicumque humor in putredinem versus. *Pris*, cum *Phoca* maluit *pus* non flecti: sed *flexum* inuenies apud *Cornelium Nepotē* in *vita Attici*, apud *Plin.* & alios quosdam. Cōtra monosyllaborum regulā, *grus*, *gruis* facit, & *sus* suis. *Intercus*, *intercutis*, *Ligus*, *Liguris*, hæc *pecus*, *pecudis*. *Intercus*, *intercutis*, morbus inter cutem latens. *Ligus*, propriū viri, aut aliquis ex *Liguria*. In his penult genitiui cotripitur. Quædam Græca nomina locorum mittunt genitiuū in vntis. *Opus* *Opuntis*, *Achaïæ* oppidum. *Hydrus* *Hydruntis*, alterius oppidi nomen. *Cice*. Ad *Hydruntem* ludibundū peruenimus. Eodem modo habent *Anthemus*, *Cerasus*, *Trapezus*, *Hiericus*, *Phycus*, *Phellus*, *Amathus*, *Sipus*, & plura, vt ex *Poëtis*, *Historicisq;* cognosces. *Composita* à *pm*. i. *pes* Græca sunt, & faciunt in genitiuo podis penul. breui: vt *Tripus* tripodis. *Oedipus*, *œdipodis*: dicitur etiam *Oedipus* *œdipi*. *Plaut.* Isti orationi *Oedipo* coniectore opus est, quī *Sphingi* interpretis fuit. Tria faciunt *udis* penul. lōga. *Incus* *incūdis*, *Subscus* *subscūdis*, *Palus* *palūdis*. In quo nomine posteriorē syllabam *us*, in versa cotreptam esse intelliges, vel, qua vti oportuit, licentia: vel s litteræ intereremtionē, iuxta veterum morem. Reliqua in us feminini generis, faciunt *utis* penult. longa: vt *virtus*, *virtutis*. Sic *salus*, *iuentus*, &c. *Fraus* *fraudis*, *laus* *laudis*. At *Emmaus* gemino *mm*, nec est indeclinabile, nec eiusdem desinentiæ cum nominibus

bus laus fraus, vt vulgus putat. Etiam Plinius lib 5. naturalis  
 histo. nomen hoc per secundam declinationem flexit, vt  
 quod non in aus, sed in us desinat. Præterea Lucas Euange-  
 lista tribus syllabis *ιμμευς*, non *ιμμευ*, dixit  
 Vult i feri medio, b, p si præit s, genitiui.

Nomina in bs, aut ps, faciunt genitiuum interponendo  
 inter bs, aut ps vocalem i: vt Trabs trabis. *stips*, *stipis*, *numu-*  
*lus*: vt Pauper mendicat *stipem*,

E per i mutabunt polysyllaba: dat cupis auceps.

Polysyllaba habentia e ante bs aut ps, mutant e in i breue  
 in genitiuo: vt *Calebs* cælibis, viuens ab ique cõiuge, etiam  
 si castè non viuat. Horat. Melius nil cælibe vita. Hic adie-  
 ctiui naturam habet. Secus est de monosyllabis: vt *Seps* se-  
 pis. *Auceps*, autem facit aucupis, & est qui aues capit.

Dic hiemis, pultis, capitis. cipitis dabo proli.

Hiemis, pultis, capitis genitiui sunt ab hiems, puls, caput.  
 Composita à caput faciunt cipitis: siue in t desinant: vt *Sin-*  
*ciput*, *occiput*, *capitis*: siue in ps, vt *Auceps* *ancipitis*, *biceps*  
*bicipitis*, *Præcep*, *præcipitis*. *Auceps*, est dubius, vel incer-  
 tus. *Auceps* gladius vtrique scindens. *Præcep*, cum capite  
 deorsum cadens: aut inconsideratus, & nimium festinus.  
*Ns*, aut *rs*, s demens, tis dabit aptè.

Nomina in ns, aut rs, faciunt genitiuum demta s, & ad-  
 ditatis: vt *Animans* animantis, *Ars* artis. Duo sumunt aspi-  
 ratione in obliquis: vt *Tiryns*, *Tiryntis*, *Herculis* patria,  
 & *Elmyns*, *Elmyntis*, vermiculus in vtero puerorum. *Fe-*  
*rettus* *Elmys*, & *Tirys* dici debere putat.

Dis vult glans, nefrens, capitis lens, & folium frons,

Libraq; compendo, & quod cor faciet tibi nomen.

Vntis habeto quiens & iens: legem ambio spernit.

Pauca nomina habent dis: vt *Glans*, *glandis*. Sic compositum  
 eius *Iuglans*, *iuglandis* facit: dicitur quasi Iouis *glans*,  
 & est magna nux. *Glans*, een eeckel. Sed *glandium* varia ge-  
 nera: de quibus nominibus. Plin. Ouid, *Quercia glans* vi-  
 cta est vtiliore cibo. *Nefrens* nefrendis, porcellus est, teste  
 Varrone, per ætatem fabam frendere. i. frangere nondum po-  
 tens. *Lens*, lendis pro pediculi pullo. At pro legumine quo-  
 dam, *lens* lentis dicimus. Vnde *Lentigo*, macula faciei ad  
 lentis h-



lentis similitudinem. *Lentiginosus*, qui tales maculas habet: vt *Lendinosus*, cui multæ sunt lentes. *Frons* frondis, folium est. *Frons* frontis, capitis pars anterior, à radice capillorum vsque ad supercilia. *Libripens* libripendis, à libra & pendo, pro pondero, est militum stipendiorum, hoc est stipis ponderandæ pensator, teste Plin. *Composita* à cor, *Misericors*, misericordis, cōcors, discors, & *Vecors*, i. stultus. **VNTIS** habeto quiens, &c. **Quod** dictum est de nominibus de ns, intelligendum est etiam de participijs eiusdem terminationis, quæ eodem planè modo reiecta s addunt tis: vt *Amans* & *amantis*, *timens* & *timentis*. Excipiuntur duo non tantum s in zis mutata. *Quiens* queñtis, qui quit, id est, potest. *lens* eñtis. Sic *nequiens* & *nequeuntis*, *rediens* & *redeuntis*, & cetera verborum ab eo compositorum participia. Sed *ambiens* & *ambientis* facit contra legem compositorum.

**X** in cis nuto. per gis, *lex*, *frux*, *aquilex*, *rex*,  
*Grex*, *remex*, *slecto*: cum Græcis addito multis  
*Impetigem*: *coniunx* n tollens, *coniugis* edet.

Nomen terminatum in x, mutat x in cis in genitiuo: vt *Arx* arcis, *merx* mercis. *Radix* radice pars arboris, aut herbe, aut fruticis terra. *vollux*, viri proprium. Excipiuntur à regula quæ gis pro cis faciunt: vt *Lex* legis, ius scriptum. *Frux* frugis, quidquid ex fructu terræ in alimoniam vertimus. Per metaphoram transfertur etiam ad alia. *Qui* iustilianus. Illud ingeniorum velut præcox genus non tenere vnquã peruenit ad frugem. *Aquilex* aquilegis, putearius, id est, qui putei effodiendi certis in locis rationem habet. *Rex* regis: *Grex* gregis. *Remex* remigis, qui remigat, id est, remos agit. *Remus* autem est instrumentum, quo naus perpellitur. *Impetix* siue *impetigo*, est cum pruritu serpens scabies sicca, & alpera, aut squamosa. Et ab impetu nomen habet. *Serenus*. Si verò vitium est, quod ducit ab impete nomen, Hoc matutina poteris cohibere salua. \* *Coniunx*, *coniugis*, n habet nominatiuus, quam genitiuus abijcit. **C** v m Græcis addito multis, &c. Sumunt etiam gis vel gos suo more plurima Græca: vt *Oryx* orygis vel orygos. *Sphinx* *Sphingis*, vel *Sphingos*, animal est pilosum, quod quia homini non ab simile est, inter simias ponunt. Vulgatum *Sphingis* extat æni-

\* *Cōiue*  
*rectius*  
*absq. n*  
*scribitur.*

gina animal esse quoddã mãne quadrupes, meridiẽ bipes,  
 vesperi tripes: quod de homine interpretatus est Oedipus.  
 E per i mutabunt polysyllaba: quam retinebunt  
 Myrmex & veruex, aquilex, halexq; refexq;  
 Atq; lelex, celex. tilis optat habere supellex.  
 Dic senis & noctis, niuis. actis paucula seruant:  
 Testis hylax. solumq; Bryax formatur in axis.

Polysyllaba in ex mutant e in i genitiuo singulari: vt Re  
 mex reinigis. Apex apicis, id est, rei summitas: vt Apex litte  
 rz, apex galeri, apex scientiæ. Vortex vorticis, pro quo  
 nunc sæpius Vertex, icis dicitur, est teste Quinctiliano, con  
 torta in se aqua, vel quidquid aliud similiter vertitur, vt ven  
 rus. Hinc transfertur ad montis, aut capitis summitatem.  
 Caudex caudicis, siue codex codicis. prima pars arboris, cui  
 radices adhærent, & liber, vel tabula. Monosyllaba reti  
 nent e: vt Lex, Rex. Pauca polysyllaba etiam retinent e: vt  
 Myrmex myrincis, serui nomen apud Apuleium. Veruex,  
 castratus aries. Aquilex aquilegis, Halex halecis. Refex re  
 fecis, id est, subsidiarius palmes. Lelex lelegis, viri & popu  
 li proprium est. Celex celécis, penult. longa, fluuij nomen.  
 Supellex, duplex cumentum habet, facitque supelletilis.  
 Senex senis, nox noctis, nix niuis. Pauca Græca faciunt actis:  
 vt Hylax hylctis, canis nomen. Astyanax, Hectoris filius.  
 Vnum inuenio habere axis: vt Bryax Bryaxis, est statuarij  
 nomen, qui & Bryaxis à Plinio vocatur. Nomina in x pro  
 ducunt in genitiuo penultimam, vt Thorax thoracis. Ferox  
 ferocis, animosus, & atrox, id est, crudelis. Corripiunt reli  
 qua in ex, nisi vibex vibicis: & quæ e retinent quatuor hæc:  
 myrmex, verbex, celex, halex. Item corripiunt Fax, abax.  
 Colax, paraliti nomen: smilax. Caudax, mulieris & regionis  
 nomen Dropax, Athrax, Anthrax, Storax vel styrax, onyx,  
 sardonix, mastix, pix, illix, fenix, calix, coxendix. Histrix,  
 ericius, cilix, varix, cryx. Nux, arbor & fructus habens du  
 rum operimentum. Filix, herba quædam. Nex, nix, crux, ce  
 lox, natrix pro serpente solum. Dux ducis. Sic redux, irre  
 dux, tradux. Trux, id est, crudelis. Salux, arbor. Præcox, ante  
 tempus maturus. Cappadox, pöpuli nomen. Melux, viri pro  
 prium. Bebryx, populi nomen: & Syphax, viri proprium: ge  
 nitiu

nitium penultimam variant.

*Tertius i præbet. quartus fit in em tibi casus.*

Datius fit in i, actus in em: vt huic panem, hunc panem.  
Crescentem Græci per a quartum sæpè dedere.

Nomina Græca, quorum genitiuus crescens in is vel in os non purum desinere potest, accusatiuum similiter crescentem sæpè in a faciunt: vt *Pæan*, Apollo, & hymnus in laudem Apollinis, vel alterius: huius *Pæanis* vel *Pæanos*, hunc *Pæanem* vel *Pæana*. *Lichen* lichena. *Dæmō* *Dæmona*, aër aëra, crater cratera, martyr martyra. Quædam licet genitiuum in is vel os purum faciant, nihilominus habent a: vt *Heros* herois, vel heroos, hunc heroem vel heroa. Sic *Tros* Troa, *Minos* Minoa. Huiusmodi accusatiuus in a, vertitur aliquando in nominatiuum primæ declinationis, feminini generis, vt hæc *Hebdomas*, hanc hebdomada, hæc hebdomada, huius hebdomadæ. Sic *æthera*, lampada, cratera. *Plaut.* Tene hanc lampadem.

*Im dat vis, cucumis, ravis, tussis, sitis, atq;*

*Plurima Græca, quibus rectus fit in is: sed & in dant.*

Pauca nomina habent solum im: vt *Vis* vim, *cucumis* cucumim. *Ravis* rauim, id est raucitas, vel raucedo. *Tussis* tussim, hoc est. *Sitis*, bibendi desiderium. Plurima in is Græca faciunt accusatiuum singularem per im vel in. Talia sunt *Alexis*, *Alexim* vel *Alexin*, & alia virorum propria multa: vt *Daphnis*, *Adonis*, *Paris*. Quædam nomina mulierum: vt *Isis*, *Myfis*, *Chrysis*. Quædam nomina fluuiorum: vt *Phasis*, *Thybris* vel *Tiberis*, *Albis*. Plurima appellatiua: vt *Phthisis*, pulmonis exulceratio. \**Pleuresis*, morbus lateris acutus cum febris & tussi. *Diaæsis*, gubernatio vel regimen. Multa eorum quæ dis in genitiuo habent, faciunt etiam accusatiuum crecentem in da vel dem: vt hic *Paris*, huius *Paris*, hunc *Parim* vel *Parin*, vel huius *Paridis*, hunc *Paridem* vel *Parida*. Sic *Tigris*, *Tigridis*. *Adonis*, &c.

*Em dat & im buris, peluis, cum clauē, securis,*

*Et puppis, turris, restis: sic febris, aqualis:*

*Sic pestis, nauis, torquis: coniunge bipennim.*

Quædam habent em vel im: vt *Buris*, hanc burem vel burium.

32 DE NOM. RECTA DECLIN.

rim. Clavis, clauē vel clauim. *Buris*, est aratri cauda: *Peluis*, vas in quo perluimus. i. lauamus. *Securis*, ferramentum, quo secamus. *Puppis*, vltima pars nauis. *Turris*, à terrendis hostibus dictum ædificium est. *Restis*, funis dicitur, quod quæcū que ligata stare faciat. *Febris*, morbus est notus. *Pestis*, sepius pestem facit, & est morbus homines subito interimens. *Nauis*, ceu schip. *Bipennis*, securis vtrinque scindens. Vocatiuus cuiuscūque generis cum accusatiuo neuiri generis cognoscuntur ex regulis generalibus. Nunc ablatiuum enucleabo. Habet autem maxima pars nominum tertix declinationis e solum in ablatiuo singulari. Quædam i solum. Nonnulla e & i simul. Principalis igitur regula est hæc.

*Sextus e donabit, ceu pauper, sospes, & hospes.*

*Mobilibus reliquis e vel i dabo: plus cape pluri.*

*Quod si sit neutrum per e, tantum sextus in i fit:*

*Vt dulcis dulci: per e dat quandoq; Poëta.*

Ablatiuus in e definit: vt *Vesper*, *vespere*, lux luce, tempus tempore, rus rure, sacerdos sacerdote, *Hospes* hospite, qui vel quæ hospitio recipit. *Ouidius*. Viuitur ex raptō, non hospes ab hospite tutus. *Pauper* paupere, parum habens. *Papin.* Pugna est de paupere regno. *Sospes*, hospite sanus. Plus facit pluri tantum. Omnia adiectiua præter *pauper* & *sospes*, faciunt ablatiuum in e vel in i: vt de genere vel de generi, habere vel huberi. Hinc excipiuntur ea, quorum nominatiuus neutri generis e habet, quæ ablatiuum in i solum mittunt: vt hic & hæc *dulcis*, & hoc *dulce*, ablatiuo *dulci*. Hic *campester*, hæc *campestris*, hoc *campestre*, ablatiuo *campestri*. Poëtæ tamen metri causa, quandoque e pro i ponunt. *Ouidius* in epif. *Paridis ad Hele*. Hoc mihi, nam recolo, fore vt à cæleste sagitta *Figar*, erat verax vaticinata soror. Notanda est *Seruij* & *Prisciani* regula. Substantiua adiectiuis penitus similia, seruant e tantum: vt *Iuuenalis*, *Martialis*, *Felix*, *Clemens*, *Laterensis*, *Salutaris*, & similia virorum propria. Idem est de appellatiuis. *Volucris* adiectiuum, *volucris* facit. *Volucris* substantiuum, *volucris* habet. Horum tamen quædam, quia adiectiuorum natura non penitus deficiunt, inueniuntur etiã habere i: vt *Annalis*, *annale*, vel *annali*, liber est annorum gesta continens, & sepius in plurali reperitur.

Sic *Riuales*, riuale vel riuati, qui cum alio eandem amat. Ea, in quibus substantiuum certum illico intelligitur, vix e poterunt habere: itaque molaris à molari solùm. Sic natalis, auricularis, ædilis, consularis, sodalis, familiaris, &c. Composita in ablatiuus non sequuntur simplicium regulam, quia misericos, tricuspis, in ops, & similia adiectiua i vel e seruant, cum simplicia solùm faciant: e. Confinis & affinis i tantùm, vt dulcis, licet finis e & i habeat.

*Al*, vel *ar*, i neutris tantùm dat, sicut e: *præter Sal, iubar, & nectar, far, hepar. ait mare vates.*

Nomina neutri generis in al, vel in ar, vel in e desinentia, faciunt ablatiuum tantùm in i: vt *Animal animali*, *torcular torculari*, *cubile cubili*. *Monile monili*, quod est colli ornamentum, vel gutturis. Tolluntur *Sal sale*, *iubar iubare*, *nectar nectare*, *far farre*, *hepar hepate*. Rete facit reti, quod satis indicat plurale retia. Ablatiuum verò rete à masculino nomine retis esse volunt: vt hos ablatiuos *Gausape*, *Pre neste*, *Soraete*, *præsepe*, à nominatiuis minus vsitatis *Gausapes*, *Prenestis*, *Soraetes*, *præsepis*. Poëtę interdum e pro i ponunt. *Quid. Exiguam pleno de mare demat aquam.*

*Mensibus i tantùm est; vt queis dat quartus in im' ve. Sextus e donat & i, cum quartus in em, vel in im fit.*

Nomina mensium finiunt in i: vt *Aprili*, *Quinctili*, *Sextili*, *Septembri*, *Octobri*, *Nouembri*, *Decembri*. Simplex iamen *Imber* habet e vel i, vt patebit. Nomina in is, quorum accusatiuus solùm tu im desinit, vel in im & in, non autem in em, faciunt ablatiuum in i solùm: vt *hæc Vis*, *hanc vim*, *ab hac vi*. *Hæc hæresis*, *hanc hæresim*, *vel heresim*, *ab hac heresi*. Quæ verò habent em vel im, habet e vel i: vt *Febre vel febri*, *turre vel turri*. Sic e vel i capiunt in ablatiuo nomina Græca, quorum accusatiuus habere potest em vel im, more Latino, & a vel in, more Græco: sed ablatiuus in e genitiui crescentiam sequitur, non ablatiuus in i: vt *Tethys*, huius *Tethyos*, hanc *Tethyn* vel *Tethya*, ab hac *Tethy*, vel per crescentiam *Tethye*. Hic *Paris*, huius *Paris* vel *Paridis* & *Paridos*, hunc *Parim* vel *Patin*, *Paridem* vel *Parida*, ab hoc *Pari* vel *Paride*.

54 DE NOM. RECT. DECLIN  
 I, vel e dant finis, fustis, pugil, & vigil, imber,  
 Vnguis, auis, postis, vectis, cum nepte, supellex,  
 Atq; tridens, classis, cum cinis, & annis, & ignis:  
 Sic anguis, strigilis, strigili: vix strigile dicam.

Nomina heic posita habent e vel i in ablatiuo, sed sepius  
 e. Pugil, qui vel quæ pugnandi artem nouit. Vigil, qui vel quæ  
 vigilat. Tridens, sceptrum Neptuni trisulcum. Classis, nauium  
 multitudo est, sed metaphoricè transfertur etiam ad alia.  
 Strigilis, est instrumentum denarium, à stringendo nomen  
 habens: abraduntur enim eo sordes & sudores, siue homi-  
 num in balneis, siue iumentorum in stabulis. Persius. Ipuer  
 & strigiles Crispini ad baluea defer.

*Rectus in es fiet pluralis, iungito quartum.*

Nominatiuus pluralis, cui vocatiuus similis est cum ac-  
 cusatiuo, in es desinit: vt hi & hos, & ò homines. Fit autem  
 hic casus à genitiuo singulari, mutando is vel os in es: vt  
 Ibis Ibis, Ibides: Ibis huius Ibis ibes. Tigridis, tigrides:  
 Tigris, tigris.

*Cum genitiuus ium dat, quartus in eis quoq; fiet.*

*Tralleis & sardeis es spernunt. quartus in as fit,*

*Dum per a quartus erat: ceu Dæmonas atq; Gigantas.*

Nomina quorum genitiuus pluralis in ium desinit, fa-  
 ciunt pleraque accusatiuum per eis: vt Pars partium, has  
 partes vel parteis. Sic treis, omneis, acreis, arteis, Tralleis, et  
 Sardeis. Græca oppidorum nomina pluralis tantum nume-  
 ri, nec nominatiuo, nec accusatiuo es habere leguntur. No-  
 stro hoc sæculo accusatiuus pluralis in eis, à genitiuo sin-  
 gulari in is sono nihil differt. Sed differt multum si vete-  
 res secutus, iuxta Erasini sententiam sonos ei diphthongò,  
 vt Batauus suo idioma cum, Latinus hei interiectionem  
 pronuntiat QUARTVS in as fit, &c. Quando accusatiuus sin-  
 gularis in a desinit, accusatiuus pluralis etiam in as termi-  
 nari potest: vt hanc lampadem vel lampada, has lampades  
 vel lampadas. Sic Dæmones vel Dæmonas. Gigantes vel Gi-  
 gantas. Heroes vel heroas. Nihil de neutris locuti sumus.

Nam

Nam per regulam generalem habent a in nominatiuo, accusatiuo & vocatiuo plurali: sed quoniam alia quædam habent ia: vt Animal, animalia, alia non: vt corpus, corpora: de his pauca afferam.

*Quod dedit i sexto, nisi comparat, hoc ia ponit. |*

*Vult ia plus raro: nunquam vetus. effer aplustra,*

*Vel tria, si solum dat sextus e, non ia pones.*

In nominibus neutri generis, si ablatiuus desinebat: vel in i solum, vel in e & i simul, tunc nominatiuus, accusatiuus & vocatiuus pluralis habent ia: vt Mare à mari, hæc maria, ô felicia. Comparatiua tantum a faciunt: vt meliora, dulciora. Sic vetus vetera, non veteria: plus plura, & aliquando plura: vnde complura, & compluria. *Aplustre*, *aplustra* vel *aplustria*, est ornamentum naui in cacumine mali, ab à primatiua particula, & πλιω, id est, nauigo: quia sine eo per mare non est nauigandum, aut quia non necessario ad nauigationem requiritur. Quæ ablatiuum singularem solum in e terminant, a faciunt: vt dogmata, corpora. *Gausapa* vero non à *gausape*, sed *gausapum* esse memineris.

*Vm vel ium patrio Latium dat. Græcia vult on.*

Genitiuus pluralis tertix declinationis habet Latine um: vt patrum: vel ium, vt Partium. Græcè etiam habet on vel præcedente consonante: vt Epigrammaton. Vel on purum: vt hæresion, aut hæreseon.

*Præbet ium patrius, si sextus in i fuit ante.*

Genitiuus pluralis in ium desinit, si ablatiuus singularis habuerit i, siue i solum, siue i & e simul: vt hoc Ancile ab hoc ancili, horum ancilium, fuit scutum breue & rotundum. Monile monilium, animal animalium. Sic nostratium, vestratium, imbrium, dirium, clauium, concordium, felicium, prudentium, amantium, legentium, &c. Quædam per synopam um faciunt, maxime ea, quæ in ns desinunt: vt piudens, innocens, amans.

*Tolle vigil, supplex, opifex, vetus, & pugil, & quod comparat, excepto plus, artificem, strigilemq;*

*Atq; inopem, memorem, consortem iungito: & ortum*

*A capio, diues quibus additur. Vm dat e tantum.*

Excipiuntur à dicta regula, quædam um solùm habentia, licet in ablatiuo habuerint i: vt Vigil vigilum, supplex supplicum, &c. Et quædam horum um, putantur habere differentia causa, propter nomina neutris generis in ium de sententia, qualia sunt. Supplicium, officium, artificium, consortium, mancipium, municipiũ, principium, participium, &c. *Supplex*. i. supplicans, & humiliter rogans. *Opifex*, operis effector. *Artifex*, artificiosus. Plinius: Vir tam artificis in genij. *Inops*, vchemente egens. *Confors*, particeps. *Exors*, id est, non particeps, aut non consors, ium habet, nisi versus gratia fiat syncopa. Comparatiua nomina etiam um tantũ faciunt: vt Melior meliorum, fortior fortiorum. Plus solũ facit plurium. Item composita à capio faciunt um tantũ: vt Particeps participum. Sic munciceps, &c. A capite verò adiectiua faciunt ium, nisi fiat syncopa: vt Anceps ancipitium vel per syncopam ancipitum: docet hoc Priscia. Diues diuitem. Sic volunt similia habere per syncopam, quæ tamen regulariter ium habere arbitror: vt Locuples, locupletium, vel locupletum. Degener & huber, licet in ablatiuo nonnunquam i habent, nunquam tamen inueni habere ium. Vnde DAT e tantũ. Nomina habentia è tantũ in ablatiuo singulari, habebũt um solũ in genitiuo plurali: vt Pauper pauperum. Sic Puber, & inpuber, quæ licet aliquando adiectiue in singulari sumantur, tamen per i in ablatiuo non reperi. Hæc dicunt hæcium facere. Aliquot exceptiones sunt ab hac regula, quarum prima est hæc.

*As dat ium Latiale: magis polysyllaba dant um.*

Nomen Latinum in as desinens, facit genitiuum pluralem in ium: vt Mas marium, vas vadium, as asium. Polysyllaba melius per syncopã efferuntur, tam in prosa, quàm in carmine. vt Ciuitas ciuitatum, vel ciuitatium. Dixi Latinum, quia Græca solũ um faciunt: vt Arcadas, Arcadum, Atlas, Atlantum.

*Donat ium, Samnis, linter, caro, dos, vter, os, os, Glis, faux, nix, nox, cor, lis, cos: quodq; vncia donat. S quoq; non crescens, velut ns: iunge Quiritem. Excipis inde canis, iuuenis, panis, volucrisq;, Et vates, proles, soboles, fortè indole iuncto.*



*Donatium cum mure cohors: monosyllaba iunge,  
 Consona bina tenet si finis. singe priorem  
 Tantum plurali numerum. signato figuras.*

Ium habent hæc nomina in genituo plurali, Samnis samnitium, linter linterium, caro cararium, dos dotium, sic cos cotium. Vter vtrium, os ossium, & os oris, si genituum pluralem habere reperitur, oriium. Glis glirium, faux faucium, nix niuium, nox noctium, cor cordium, lis litium. Sic composita ab vncia: vt Septunx septuncium. Et nomina in es vel in is non crescentia in genituo singulari: vt Sedes sedium, mensis mensium: præter canis, panis, iuuenis, volucris substantiue captum, & vates vatium. Item proles prolium, teste Martiano Capella, Soboles sobolum, indoles indolum, si pluraliter legantur. Ideo dixi, proles, soboles, forte, indole iuncto. Apes apum plerunque per syncopam habet. Item à regula, V M D A T e tantum: excipiuntur, Mus murium, Cohors cohortium. i. multitudo militum, & aliquando aliarum rerum. Nomina monosyllaba in duas consonantes desinentia, faciunt ium in genituo plurali: vt Trabs trabium, plebs plebium, seps sepium, arx arcium, lynx lyncium. Nomina tantum pluralis numeri, genituum faciunt ex analogia, vel propottione numeri singularis: vt Penates penatium, quia singulare foret Penas. Hac ratione ium faciunt. Fores forium, Manes Manium, Vires virium, Aedes, pro domo, ædium, lactes lactium. Sic sortes, sordes, sentes, pugillares, Gades, Alpes, in tertio libro declaranda. Contra, um solum faciunt Lemures, Cælites, maiores, quia singularia forent Lemur, Cæles, maior. *Opes* pro diuitijs, opum faciens analogiam non sequitur. Notato bene figuras, quæ circa genituum contingunt, Syneopam, & Epenthesim. Syneopa satis declarata est: & per eam inuenies Macedo habere Macedum pro Macedonum. Papi. Fraxineas vibrant Macedum de more sarissas. Contrariam vim habet *Epenthesis*, que est additio litteræ, vel syllabæ in medio dictionis, gratia metri: vt Ales alitum, & per Epenthesim alituum. Virgilius: Alitunm, pecudumque genus sopor altus habebat

*Tertius est in ibus. bos bobus flecto, boumque.*

D 5

Datiuus

Datiuus pluralis, cui ablatiuus semper est similis desinit in i bus: vt Hominibus, patribus, ænigmatibus. Sed in a Græca elegantius faciunt hos casus in tis, ab antiquis nominatiuis in tum: vt Sophismatis, Epigrammatis, &c. Bos verò bobus, & aliquando bubus, pro bouibus, & bouin pro bouum per syncopam facit.

### Q V A R T A Declinatio.

*Quarta dat us recto: dat & u prius inuariatum.*

Quarta declinatio nominum, duas terminationes habet, us & u. Sed u prius, id est, in singulari numero nō declinat: vt *Rictus*, id est rostrum, vel os. *Cornu*, een hōren. *Geniu*, een knye. Inter hæc in u quædam plurali carent: vt *Geju*, allu.

*Vs genitiuus habet . per uis flexère vetusti.*

Genitiuus in us desinit: vt hic *Senatus*, huius Senatus, i, Senatorum conuentus, aut ipsi Senatores. Hic *Magistratus*, huius Magistratus, regimen vel dignitas, aut aliquis in dignitate constitutus. Apud veteres nomina quartæ faciebant uis in genitiuo, vt huius. *Manuis*, anuis. Nomina in u. diximus in singulari non variari.

*Tertius optat ui: quandoq; per u quoq; lectus.*

Datiuus fit in ui: vt hic *Commeatus*, huius *commeatus*, huic *commeatui*, id est, facultas aliquò proficissendi, concessa à superiore: etiam significat victū militarem. *Æstus*, vehemens calor, huic *æstui*. Datiuus in ui fit ab antiquo genitiuo in uis: à genitiuo autem in us, regulariter fit datiuus in u, qui iam in rariore vsu est: vt metu pro metui. *Vuigil. Parce metu Cytherea.*

*Vm retinet quartus . fit sextus in u tibi casus.*

*Vm quarto, reliquis u casibus optat Iesus.*

Accusatiuus fit in um, ablatiuus in u. Vocatiuus similis est nominatiuo: vt *Fructus*, hunc fructum, ò fructus, à fructu, & est quod ex arboribus ad vsus nostros nascitur, vel utilitas. *Cic.* Non parum fructus habet in se eloquentia. *Iesus* accusatiuū facit *Iesum* ceteri casus in u desinunt: vt Hic *Iesus*, huius *Iesu*, huic *Iesu*, hunc *Iesum*, ò *Iesu*, à *Iesu*, interpretatur salutaris, aut saluator: et est dictio trisyllaba.

*Primus pluralis cum quarto semper in us fit.*

*Dat genitiuus uum. per ibus tibi tertius exit.*

*Dant ubus artus, acus, ficus, tribus, & lacus, arcus,*

*Et specus atq; veru, partus, quercus, quoq; portus.*

*Forſitan & quæctus à deponente creatum.*

Nominatiuus pluralis, cui vocatiuus ſimilis eſt, cum accuſatiuo deſinit in us: vt hæ manus, has manus, ô manus. Neutra in his caſibus per regulã generalẽ a habent, vt cornua, genua. Genitiuus deſinit in uum, & datiuus cû ablatiuo in ibus: vt hi *Saluus*, horum ſaliuum, his ſaltibus, id eſt, actio ſaliendi, aut ſilua. Genitiuus per ſyncopam accuſatiuo ſingulari fit ſimilis: vt *Currum* pro curruum, nurum pro nuruum: *Virgilius 12. Aeneid.* Cunctaq; a deſt virgo matrumq; nurumque caeterua.

Pauca faciunt ablatiuum in ubus, vt artubus, ne ſi artibus dicamus, videatur eſſe ab ars. Eſt autem *artus* propriè membri nodus, eẽn litmaet. In quibusdam hæ ratio eſſe non poteſt: vt *Acus*, acubus, quercus quercubus. *Lacus* lacubus, locus eſt cuius fundus eſt natura aquoſus, & vas in quod fluit muſtum de torculari. *Arcus* quo ſagittatur: *Veru* etiam inuenitur in ibus. *Virg.* Pinguiaq; in veribus torrebimus exta columnis. *Quercus*, arbor glãdifera. *Partus*, actus pariendi. *Portus*, locus eſt iuxta mare vel flumina, in quem naues ducuntur, vt ſunt tutæ. Valla iungit *Queſtus*, pro quærimonia. Sed credo tam queſtus à queror, quàm *Queſtus* a quæro, quod lutrum ſignificat, ibus facere.

### Q V I N T A Declinatio.

*Rectus vtriuſuis numeri, quartusq; per es fit*

*Pluralis quintæ: Demta s capit i genitiuus.*

*Cum dandi caſu. quartus volet em. dabo ſexto*

*E bene. vult erum patrius. vult tertius ebus.*

Nominatiuus & vocatiuus vtriuſque numeri quintæ declinatio. cum accuſatiuo plurali deſinunt in es longum. Genitiuus & datiuus ſingulares in ei. Accuſatiuus ſingularis in em. Ablatiuus in e. Genitiuus pluralis in erum. Datiuus & ablatiuus in ebus, Exemplum eſt in *Donato.* *Species à. forma.* Omnia nomina quintæ declinationis, ſunt femi-

niui ge-

nini generis, præter Dies & meridies, quæ satis ex libro præmo patêt. Omnia nomina quintæ declinationis sunt appellatiua, ideo. *Fides*, nomen virginis, est tertie declinationis. Genitiuus & datiuus singulares quintæ declinationis, olim erant similes ablatiuo. Item genitiuus repertus est in es & in ij: vt Hic aut hæc Dies, huius dies, vel dij, Testimonia sibi desideres, lege Gellium. lib. 9. cap. 14.

### P A T R O N Y M I C A.

Patronymicum est, quod à nomine patris & abusuè alterius deriuatur, secundum Græcam formam: vt *Acacides*, id est, Peleus à nomine patris sui, vt Achilles à nomine auæ vel Pyrrhus à nomine proauæ. Patronymicū interpretatur patris nomē, à patre, & ὄνομα. i. nomē, o mutato in y. Patronymicū enim significat filiū aut filiam, nepotē vel neptē. Aliquando etiā, qui post longa tempora per rectam lineam consanguinitatis natus est: vt *Pyrrhus*, Epirotarum Rex dictus est *Acacides*, quia dicebatur ab *Acaco* descendisse. Patronymica formantur abusuè à nominibus matrum: vt *Iliades*. i. *Romulus* vel *Remus*, *Iliæ* filius, A nominibus fratrum: vt *Phaëthontias*, *Lampetia* soror *Phaëthōtis*. A nominibus Regum: vt *Romulide*, *Romani*, à Rege *Romulo*. A nominibus filiorum: vt *Melcagris*. *Althea* *Meleagri* mater. A nominibus maritorum: vt *Menelais*, *helena* vxor *Menelai*. A nominibus Deorum: vt *Phæbas*, *Phæbi* sacerdos. A nominibus urbium: vt *Troas*, mulier *Troiana*: *Thebais*, è *Thebis*. A nominibus regionum: vt *Theffalis*, quæ est ex *Theffalia*. Et ab alijs nominibus formati inueniet, si quis Poëtas diligenter rimetur.

Patronymicorum terminationes, quibus Latini vtuntur, sunt quatuor: vna masculini generis, scilicet es: vt *Priamides*. Reliquæ feminini generis, as, is, ne: vt *Phaëthontias*, *Priamis*, *Nerine*.

Patronymica in es solū viros significant, et sunt omnia primæ declinationis, & declinantur vt *Anchises* in singulari, in plurali verò, vt *Poëta*.

Patronymica in as declinantur per omnia, vt *Lampas*, veluti *Aetias*, adis vel ados, id est, *Medea* *Aetæ* filia.

Patronymica in is declinantur per omnia, vt *Pyxis*: vt *Aeneis*, *Aeneidis* vel *idos*, id est, filia vel neptis *Aenæ*, aut  
Vigilij

Virgilij de gestis Aeneæ poema.

Patronymica in ne declinantur eodem modo vt Pentecoste: veluti Nerine, Nerines. i. filia aut neptis Nerei.

Patronymica non habent formationes certas. Regulæ tamen, licet non satis catholicæ, hæc dari solent.

Nomina primæ declinationis, mutât æ genitiui in a breuem, & iuncta syllaba des, reddunt patronymica: vt Pelias, Pelix, Peliades. Cõtra regulã sunt Anchitiades, Laertiades.

Nomina secundæ declinationis correpta i genitiui addunt des: vt Priami Priamides: nisi fuerint duo ij, tunc posterius mutatur in a breue, & additur des: vt Menæcius, Menæcij, Menætiades. Quæ verò ei habêt, mutant ei in i longum addita des: vt Peleus, Pelci, Pelides. Tydcus euphoniæ caussa mutat d in t, quia dicimus\* Tytides.

Nomina tertij ordinis, correpta i datiuui addunt des: vt Hæctor, Hæctori, Hæctorides.

Multi irregulariter formantur, quia Poëtæ addunt, demunt, aut mutant pro metri exigentia.

Patronymica in as formantur à patronymicis in des, habentibus a ante des extiita de syllaba. vt Peliades, pelias.

In is Patronymica formantur ab habentibus i ante des, ablata de: vt Priamides, Priamis, idis. Quòd si i ante des producat, mutabitur in e: vt Peliades, Peleis.

Patronymica in ne pauca leguntur, & formantur à genitiuis, addita syllaba ne: vt Adrastus, Adraستي, Adrastine, Vel mutando ei in i longum: vt Nereus, Nerei, Nerine. Vel mutando i posterius in o breue: vt Acrisius, Acrisij, Acrisione.

## PRONOMINVM Declinatio.

Pronominum declinationes sunt quatuor. Prima declinatio habet pronomina tria. Ego, tu, sui, siue nominatiuo. Secunda quinque. Ille, ipse, iste, hic, is. Tertia rotidem. Meus, tuus, suus, noster, & vester. Quatta duo habet, Nostras, & vestras.

Prima declinatio pronominũ, mittit genitiuum in i, vel vetustè in is, vt Ego. Genitiuo mei vel mis. Datuo mihi, quem Datiuũ Lancilotus semper iutegrè scribi vult, quamuis interdum figuratè vna syllaba pronuntietur. Virg. in 6. Aeneid. Et mi genus ab Ioue summo. sic vulgus legit: si Lancilotum sequaris, scribes nihilominus mihi.

Secunda

\*Tydides verò  
us dicimus.

Secunda declinatio mittit genitiuum singularem in *ius* per duas syllabas: vt illius, vel per vnā, vt huius.

Tertia declinatio mittit genitiuum singularem in *i, x, i*: ut Meus, mea, meum, mei, meæ, mei. Meus vocatiuum mi.

Quarta declinatio mittit genitiuum in *atis*: vt Nostras, nostratis, vestras, vestratis. Declinantur per tria genera: vt Arpinas. De reliquis plura Donatus.

### Pronominum compositio.

Pronomina componuntur inter se: vt Egoipse, tuipse, sumipsius. Ille componitur cum hic seruata aspiratione: vt \*Isthic, Isthæc, isthoc, vel Comicè isthuc. Genitiuo & datiuo caret, Accusatiuo isthunc, isthanc, isthoc. Ablatiuo isthoc, isthac, isthoc. Pluraliter generis neutri. Nominatiuo & accusatiuo isthæc, ceteris caret. Sic inuenitur ille cū hic, Illhic, illhæc, illhoc. Secundò, pronomen componitur cum nomine: vt huiusmodi, & intercedente syllabica adiectione huiuscemodi. Tertiò, cum præpositionibus componitur: vt Mecum, tecum, secum. Hoc vult Donatus: Priscianus ma-  
 nuult orationes haberi. Quartò, componitur cum aduerbio: vt idem, ab is & demum, quasi is præcipuè vel iterum. Et declinatur sic: Idem, eadem, idem, eiusdem, eundem, eandem, idem, ab eodē, eadem, eodem. Et pluraliter eidem, vel iidem, eēdem, eadem, eorundem, earundem, eorundem, eisdem vel iisdē, eosdem, easdē, eadem, ab eisdem vel iisdem. Quintò, hic componitur cum coniunctione interrogatiua ne: vt hiccine, hæccine, hoccine. Genitiuo & datiuo caret huncine, hæccine, hoccine, ab hoccine, hæccine, hoccine. Et pluraliter generis neutri, nominatiuo & accusatiuo hæccine, ceteris caret. Sextò, pronomina componuntur cū syllabiscis adiectionibus, quæ sūt quinq; met, tim, te, ce, pte: vt Egomet, meatim, tute, huiusce, suapte. Syllabica adiectio est particula extra compositionem nihil significans, cuius significatio in compositis illucescit.

### Quis & Qui in compositis.

Quis & Qui differunt dupliciter, significatione & compositione. De diuersitate significationis dictum est alio loco. De compositionis differentia nunc agemus. Propter  
 compo-

¶ *Doctores hæc nunc ab hęc scribunt.*

Composita à quis vel qui, Donatus in feminino genere dicit quæ vel qua in singulari nominatio, & similiter in nominatio & accusatio plurali neutri generis. Nam qua nominatiuus casus, aut accusatiuus extra compositionem nihil significat. Vt ergo cognoscas composita à quis, & qui, à quæ & qua, notabis versus Badianos.

En, ne, alius, num, si, deponunt quis sibi subdi:

Et qua volunt, non quæ, quoties reperitur vtrunq;.

Post quis, nã, que, piam, non qui, tu pone putas, quam.

Dam, vis, cunq;, libet, non quis, sed qui sibi subdet.

Nec qua volunt, sed quæ, quoties reperitur vtrunq;.

Quis & qua in compositione postponitur dictionibus En, ne, alius, num, si. Et dicimus, ecquis, nequis, aliquis, nunguis, siquis. Sic ecqua, nequa, &c. Quis verò & non etiam qua præponitur quis, nam, que, piam, putas, quam: vt Quisquis, quisnam, quisq;, quispiam, quisputas, quisquam. Dicitis omnibus particulis, nec præponitur nec postponitur qui, sed præponitur quatuor alijs, dam, vis, cunq;, libet: vt Quidã, quiuis, quicunq;, quilibet. Præponitur his ipsis quæ: vt quedam, atq; etiam illis, quibus præponitur quis: vt quænam. Quæquam, quidquã aut quodquam rarissimè legitur, quidcunq; aunquam. Item quisquis in vsu vix habet alios casus, quàm quisquis, quidquid, à quoquo, & à quaqua. Quisque, teste Valla caret genitiuo plurali. Quoties igitur apud Donatum simul reperis, quæ vel qua, dictionum particularum gratia sic eum flexisse memineris.

## DE HETEROCLITIS:

## LIB. III.

**H**ETEROCLITA propriè loquendo ea demum dicuntur, quæ contra aliorum regulam variè declinantur: vt hoc Cælũ, hi cæli: hoc vas vasis, hæc vasa; vasorum. In hunc librum congesti anomala, defectiua, & abundantiã, tanquam generali nomine hæc omnia Heteroclita debeant dici, iuxta illum Badij versiculum vulgi ab vsu sumtum. Deficit aut variat Heteroclita vox, vel abundat. Heteroclitũ, verò est idẽ quod anomalũ, & interpretatur aliter declinatũ, ab *επιποσει*. aliter, *κλῆρομ*. i. declinatũ Anomalia, est irre-

irregularitas ab ἀ. i. sine & νόμος. i. lex. *Anomalū*, irregulare.

Irregulariter declinatur nomen, siue variat quinque modis. Primò, variat genus: vt hoc cælum, hi cæli. Et dicitur heterogenum vel heterogeneum. Secundò, variat declinationem tantùm: vt hoc Vas vasis, hæc vasa vasorum. Tertiò, variat genus & declinationem: vt hoc Epulum, hæc epulæ. Quartò, variat: siue irregulariter format obliquos: vt Iupiter, Iouis. Quintò, contra aliorum modum aliquos casus finit: vt Ambo, duo, que ex precedente libro nota sunt. De Heteroclitis propriè nominatis dicam primùm, inde defectiua & abundantia enucleabo.

**Anomala, siue Heteroclitica: & primùm in singulari masculina, in plurali neutra.**

*Mascula sunt primo numero, sed neutra secundo, Dindymus, Infernus, locus, Ismarus, & ioca, cetus, Menala, Taygetus, ceu Tartara, Massica, Auernus, Sibila, Paigeus, ceu Tanara, carbasa. dant hi, Quædam plurali: verùm loca non danus arti.*

In singulari masculina, in plurali neutra sunt nomina hic posita. Hic Dindymus, hæc dindyma, &c. Sed hic aut hæc Carbasa, pluraliter hæc carbasa. Quædam horum etiam masculina sunt in plurali, & sic non sunt Heteroclitica: vt hic Locus, & pluraliter hi loci, vel hæc ioca. Hic Locus, & pluraliter hi loci, vel hæc loca. Sed notandū quod locus quādo est argumenti sedes, ad Rhetoricæ vel Dialecticæ pertinēs curam non habet in plurali loca, sed loci tantùm. Dindymus est mons Phrigiæ. Infernus, die helle. Iob vigesimo primo de impijs: Ducunt in bonis dies suos, & in puncto ad inferna descendunt. Ismarus, mons Thraciæ. locus, ludus est in verbis. Cetus, piscis maximus, hi ceti, & hæc cete. Virgilius Immania cete. Menalus, mons Arcadiæ. Taygetus, mons Laconicæ. Tartarus, idem est quod infernus. Tartare tartarorum, populus quidam est Schythiarum. Massica, mons Campaniæ, optimi vini ferax. Auernus, Campaniæ lacus, propter circumstantes silvas foetidissimus. Describit eum Virgilius



sexto Aeneidos *Sibilus*, fictitium est nomen, flatum quendā significans. *Pangæus*, promontorium est Thraciæ. *Tanarus*, promontorium Laconicæ. At huiusmodi propria eatenus etiam inter abundantia referri poterunt, quod in singulari & plurali idem significant.

In singulari feminina, in plurali  
neutra.

*Hæc prius, hæc post dant tibi Pergamus, atq; supellex.*

Hæc duo nomina Pergamus & supellex dant hæc prius & post, id est, in singulari sunt generis feminini, & in plurali generis neutri: vt hæc Pergamus, hæc supellex, & pluraliter hæc pergama, hæc supellestilia. Pergamus, regia fuit Priami, in plurali idem significat, & non plura.

In singulari neutra, & in plurali  
masculina.

*Mascula plurali numero sunt, neutra priore,  
Elysiū, cælum: quibus aptè iungitur Argos.  
Plurali numero sunt mascula, neutraue, frenum,  
Et filum, claustrum, rastrum: coniunge capistrum.  
Est primo numero neutrum plus, omne secundo:*

In singulari neutri generis, in plurali masculini sunt: hoc Elysiū, hi Elysij: hoc cælum, hi cæli: hoc Argos, hi Argi. Quæ sequuntur, in plurali tam neutri, quàm masculini generis sunt: vt hoc Frenū, filum, &c. Plus in singulari solum neutri, in plurali omnis: vt hi & hæc plures & hæc plura. Elysiū, locus bonarum animarum. Cælum, beatorum habitaculum. Argos, hi Argi, vrbs erat excellentissima prope Athenas. Frenum, quo equus regitur. Filum, quod ex lino lanæue trahitur nendo. Claustrum, elausura, vel quo aliquid clauditur. Rastrum, instrumentum rusticum, quo terra raditur. Capistrum, capitis vinculum, quod iumentis adhibetur.

In singulari neutra, in plurali  
feminina.

*Dic epulas & delicias: numerus prior um dat.*

*Balnea dic, vel eas: tantum priorum numerus dat.*

*Nundinum apud veteres, nunc usus nundinae habebit.*

Pauca in singulari sunt neutri generis, & in plurali numero feminina: ut hoc Epulum, hæ epulæ: hoc delictum, hæ delictæ: hoc Balneum, hæc balnea balneorum: vel hæ balneæ balnearum. *Epulum* multis non videtur Anomalū, quia aliud in singulari quàm in plurali significat. Nam epulum, teste Valla, conuiuium pomposum, & varijs cibus paratum: Epulæ sunt cibi quotidiani. Hanc differentiam confundit ostendit Calepinus, ideo inter Heteroclitica pono. *Delictum*, hæ delictæ, id est, voluptas & oblectamentum. *Balneum*, hæc balnea, vel hæc balneæ, locus in quo lauamur. *Nundinum* dixerunt veteres, nunc pluraliter tantum hæc nundinæ dicimus, & sunt dies ad publicè emendum, vendendumue statuti.

### Obliqui Heteroclitici:

*Anormes seruant obliquos nomina quedam:*

*Iupiter est testis, cum multis ante reiectis.*

Multa nomina enormiter faciunt suos obliquos: ut *Caro* carnis, *lac* lactis, *Iupiter* Iouis. Sic *Hepar*, femur, *robur*, sanguis, *turbo*, *Anio*, *supellex*. Sic poëma in datiuo ablatiuoq; plurali poëmatis melius, quàm poëmatibus. Item *ambo*, duo, & plura ante declarata. *Causa* in multis est, quia alij fuerunt olim nominatiui: ut carnis, lacte, Iouis, itiner, iecur & iecinus, *robor*, teste Phoca: *hepas*, femor, *sanguen*, *turben*, *Anien*, *supellectile*, poëmatum, &c. Irregulariter etiã obliquos habent pronomina, ego & tu.

*Vas, Iugerum, Domus.*

*Vas vasis ternæ, pluraliter esto secundæ,*

*Plurali tantum numero sit iugera ternæ.*

*Attamen effertur cum iugere iugeris aptè.*

*Partim sit quartæ, partim domus esto secundæ.*

*Vas* vasis neutri generis, in singulari est declinationis tertix, in plurali secundæ: ut hæc vasa, vasorum, vasis: quia olim dicebant hoc vasum. Declinemus sic iugerum. Nominatiuo *Iugerum*, genitiuo *iugeris* vel *iugeri*, datiuo *iugero*.

accu.

accusatiuo & vocatiuo iugerū, ablatiuo iugero vel iugere. Et pluraliter nominatiuo, accusatiuo, & vocatiuo iugera, genitiuo iugerum, datiuo & ablatiuo iugeris vel iugeribus, ab antiquo nominatiuo iugus vel iuger. Est autem iugerū spacium agri, vno die ab vno pari bouum aut equorum arati. *Domus* sic flectitur. Nominatiuo hæc *Domus*, genitiuo huius domi & domus, datiuo huic domui, accusatiuo hanc domum, vocatiuo ô domus, ablatiuo ab hac domo. Et pluraliter hæc domus, harum domum & domorum, his domibus, has domus, ô domus, a domibus. Est itaque domus partim secundæ declinationis, partim quartæ. Domi genitiuus, locum edificij denotat: & ponitur aduerbialiter: vt *Sum domi*, id est, in domo, *Domus* genitiuus, ædificium significat; vt *Culmen domus*.

## DEFECTIVA.

Defectiua nomina sunt quibus aliquid in plena declinatione repertum deest, vel casus variatio: vt *Centum*: vel casus aliquando, vt *Sponde*: vel alter numerorum: vt *arma*. Sed prius quàm ad rem accedam, declarabo causales formas, quæ sunt septem. *Aptota*, *monoptota*, *diptota*, *triptota*, *tetraptota*, *peniaptota*, *hexaptota*. Nomen itaque *aptoton* est, quod per omnes casus vniuniformiter currit: vt *Quatuor*, & dicitur à  $\alpha$ , id est, sine, &  $\pi\lambda\acute{o}\tau\omicron\varsigma$ . i. casus, quasi sine casus variatione. *Monoptotum* est, quod vnicum casum habet: vt *natu*. Aliquando etiam plureis, sed qui similes esse solent: vt *expes*, & dicitur à  $\mu\acute{o}\nu\omicron\varsigma$ . i. solus vel vnicus, &  $\pi\lambda\acute{o}\tau\omicron\varsigma$ . *Diptotum* est, quod duas diuersas voces habet: vt *verua verubus*, quia *veruum* in vsu non est: dicitur à *dis*. i. bis, &  $\pi\lambda\acute{o}\tau\omicron\varsigma$ . *Triptotum*, nomen quod treis diuersos casus habet: vt *templum, templi, templo*: dicitur à  $\tau\rho\iota\varsigma$ . i. tres, &  $\pi\lambda\acute{o}\tau\omicron\varsigma$ . *Tetraptotum*, nomen quod in declinatione habet quatuor diuersas voces: vt *puer, pueri, puero, puerum*: à  $\tau\epsilon\tau\rho\acute{\alpha}\varsigma$ . i. quatuor, &  $\pi\lambda\acute{o}\tau\omicron\varsigma$ . *Pentaptotum*, quod in declinatione sua habet quinque diuersas voces: vt *Dominus, domini, domine, dominum, domine*: dicitur à  $\pi\iota\nu\tau\epsilon$ , id est, quinque, &  $\pi\lambda\acute{o}\tau\omicron\varsigma$ : vt *hexaptotum*, ab  $\xi\varsigma$ , id est, sex, &  $\pi\lambda\acute{o}\tau\omicron\varsigma$ . *Hexaptotum* est, quod in declinatione sua sex habet varias voces: vt *vnus, vnus, vni, vnum, vne, vno*. *Dionædes* appellat has formas simpli-

cem, vnicam, bipartitam, ternariam, quaternariam, quinar  
 riam, senariam.

**APTOTA**, idest, indeclinabilia.

*Nomen in u nullum numero variabo priore.*

*Nusquam nomen in i numeros q̄; notas q̄; reflecto.*

*Hinc duo, tres, vnus, volumus cum millia demi:*

*Et quæ dat centum. testem tibi pono ducenti.*

Nullum neutrum in u variatur in numero singulari, ve  
 Juti Cornu, veru. Nullum nomen in i declinatur: vt Gum  
 mi, sinapi, uauci. Numerorum cardinalium, i. principalium,  
 vnde alij inclinantur numeri, nomina non declinantur: vt  
 quatuor, quinque, centum, bis centum, mille adiectiuũ, &c.  
 Hinc excipimus, duo, duz, duo, tres, tria, & principiũ nume  
 ri potiùs quàm numerũ, vnus, vna, vnum: hoc mile vnico I,  
 substantiuum, cuius ablatiuum mili esse, vt cubili, osten  
 dit Macrobius: plurale est milia, milium, milibus. Declinan  
 tur etiam composita à centum: vt ducenti, trecenti, quadrin  
 genti, &c. Nomina litterarum cum dictionibus materiali  
 ter, vt loquuntur, positis, aptota sunt, vt α, alpha: γ, gamma,  
 magistri, si dicas magistri, est genitiui casus: sed materiali  
 ter posita nomina nonnunquam flectuntur: vt ab homine  
 componitur nemo.

*Barbara multa manent non flexa, quibus dato cepe.*

*Pondo, pedum, uequam, nugas, hir, fasq̄; nefasq̄;*

*Nil, nihil, instar, ador, tot, quot, cum prole vtriusq̄;*

*Adde necesse datis frit, prestoq̄; plurima iungunt,*

*Indocti, vt Rhemis: tu Rhemi flectere debes.*

Multa Barbara. i. nec Latina, nec Græca sunt indeclina  
 bilia: vt Bel, quem nostri Belum vocitant, fuit primus Assy  
 riorum Rex, post mortem habitus Deus. De Cepe quod  
 non declinetur, auctor est Priscianus. De pondo tantũ plu  
 ralis numeri Phocas: & eodem teste, nec Pedum declinatur,  
 quod significat baculum pastorem, vel virgam incuruam,  
 qua pecudum pedes detinentur. Item uequam. i. ne minimi  
 quidem pretij. Nugas, idem quod nugax & mendax. Instar,  
 significat ad æqui parationem. Virgilius; Instar montis  
 æquum

æquum diuina Palladis arte Aedificant, seætaque intexunt abiete costas. *Ador*, est frumenti species. Non declinantur etiam *tor*, *quot*, & vtriusque composita, totidem. *quotquot*, aliquot, necesse, & quod idem valet necessum. *Fris*, est illud in summa spica iam matura, minus quam granum. *Præsto*, idem est quod præsens Adde dictis *git*, *cete*, *tempe*, *Neper*, *Cim*, *subtel*, *Virus* venenum est & grauis odor. Multi aptoton esse arbitrantur: sed Diomeles, Phocas, & Seruius dicunt virus declinari per secundam declinationem viri, *VIRO*, &c. Barbari cum multis alijs, quæ recentere non libet, iungunt oppidorum & pagorum nomina, quæ in is fingunt delineare: vt *Bergis*, *Brugis*. Tu dices plurali terminatione *Berge*, *Bergarum*, *Bergis*, *Bergas*. *Rhemi*, *Rhemorum*, *Rhemis*, *Rhemos*.

Nominatiuo singulari carentia cum paucis alijs.

*Vix retinet rectum, frondis, cum femine frugis, Cum ditione, dapis, precis, & necis, & vicis, atq; Remigis: addis opem, nisi Diuam significaris.*

*Verberis adijcito: primoris Seruus addit.*

*Aleo dat rectos, vt ganeo: iungitur expes.*

*Ganeo vult etiam quartum. satiâs dabis ate.*

*Non later, aut vsus, cum doctis ferre verebor.*

*Nex, remex, & daps, parcé vtens, pulcra putabo.*

*Frondis*, &c. carent nominatiuo & vocatiuo. *Ganeo*, id est, heluo: & *Aleo*, id est, aleator: cum *Expes*, quasi sine spe: habent nominatiuum & vocatiuum solum. *Gaueonem* aliquando legitur. *Satiâs*, id est, satietas, habent nominatiuum, vocatiuum, & ablatiuum singularcm. Frequens est Grammaticis de defectiuis dissensio: doctissimos igitur sequere, & hoc obserua, vt raro inuentis, raro vtare. *Frondis*, notæ iam significationis est, cum *frugis*. *Virg.* *Frons tenera dixit. Feminis*, femini, à femine. Et pluraliter *femina*, integrum est. *Festus* nominatiuo *femen* vtitur. Sunt autem *femina* interiora, *femora* exteriora. *Ditionis*, ditioni, ditionem, à ditione, id est, potestatis aut imperij. *Dapis*, *dapi*, *dapem*, à *dape*. Plurale *dapes*, integrum est. *Dapes* sunt magnifici aut opi-

pari apparatus ciborū. *Precis*, *precī*, *precem* à *prece*. Plurale *preces*, integrum est. i. *rogationes*. *Necis*, *neci*, *necem*, à *nece*, id est, *mortis*. Cicero *nex* dixit: *Insiatori* & *latroni* quę potest atferri iniusta *nex*? *Vicis*, *vici*, *vicem*, *vice*: plurali *vtces*, *vicibus*. Pluralem genitiuum non repperi: & in singulari *vicis* & *vici* rarissimè leges. *Vices* sunt alternationes. *Faciam vice tua*, id est, *pro te*. *Remigis* genitiuo datus est *lib. 3.* nominatiuus ex necessitate. *Opis*, *opi*, *opem*, ab *ope*. i. *potestatis* & *auxilij*: plurali *opes*, integrum est, quod significat sæpissimè *diuitias*. *Ops*, *opis*, quando integrum est singulare, est *Dea terrę*. Verber, nominatiuus cum datiuo *verberi*, rarissimè leguntur. *Seru*. Rectè addit quod *natura adiectiuum* est *primoris*, id est, *primi* & *principalis*. *Lacer*, & *vilcus* nominatiui frequentiores sunt doctis, quàm *vt eorū obliqui* à *Grammaticis* eis *priuari* debeant.

### Vocatiuo carentia.

*Querens*, *distribuens*, *infinitumq;*, *negansq;*,  
*Et referens vocitante carent*, *pronomē vt omne*:  
*Quatuor exceptis*, *noſter*, *noſtras*, *meus*, & *tu*.

Vocatiuo carent *interrogatiua*: *vt Quis*, *qualis*. *Distributiua*, *vt quisq;*, *omnis*: cuius *plurale omnes*, *collectiue* aliquando *capitur*, & *sic vocatiuum* habet. *Infinita*: *vt Aliquis*, *siquis*. *Negatiua*: *vt Nemo*, *nullus*, *neuter*. *Relatiua*: *vt Qui*, *talis*. *Omne pronomē*, *præter tu*, *meus*, *noſter*, *noſtras*. *Meus* in *vocatiuo* *ini* facit, & *meus* *rarissimè*.

### Soli ablatiui.

*Est ablatiuus non nullis solus in vsu*,  
*Obijce*, *sponte*, *diu*, *noctu*, *natu*, *impete*, *iussu*,  
*Aſtu*, *cum promptu*, *permissu*, *flamine iunge*.  
*Impetis*, & *spontis*, *flamenq;* *leges aliquando*:

*Quædam* in *singulari numero* *solùm ablatiuum* in *vsu* habent: *vt Obice*, cuius *nominatiuus* apud *Grammaticos* aliquando *ponitur* *obex*: in *plurali obices*, & *obicibus* sunt in *vsu*: *obicum* *nusquam* *inueni*. *Sponte*, id est, *voluntate* *propria*, & *suapte natura*. *Genitiuus* *spontis* *etiam* est in *vsu*, *licet rariore*. *Diu*, id est, *die*. *Noctu*, id est, *nocte*: *plerunq;* *aducr-*

aduerbia sunt. *Natu*. i. natiuitate, & ætate. Hinc maior natu, maximus natu. *Impete*, ab antiquo nominatiuo impes. Vnde adhuc reperitur genitiuus singularis impetis. *Iussus*, est imperium: & *Permissus*. i. permissio, vix quidquã in vſu habent præter ablatiuos, iussu, permissu. Hoc iustum, permissum. In plurali hæc iussa, permissa, integra sunt. *Astus*. i. astutia, caliditate. Terent. Astu rem tractauit. Dicitur aliquando astus in nominatiuo & vocatiuo singulari. Et in plurali hi astus, hos astus, ò astus. *Promptus*. i. manifesto, vel ad manum. *Flamine*, id est, flatu. Plurale flamina integrum est: & Cicero vsus est nominatiuo flamen in Arato.

Quibus desunt genitiuus, datiuus, & ablatiuus plurales.

Plurali numero cum sexto tertius absit,

Et patrius quinta: res, atque dies capis inde.

Talia sunt ius, tibus, es, os, far, defruta, morum,

Hordea, mulsa, forum, vinum, mare: iungito rus, mel,

Oribus, & vinis: & plura legendo notabis.

Nomina quinq; declinationis in plurali carēt genitiuo, datiuo & ablatiuo. Excipiuntur à Prisciano tantũ duo, res rerum, dies dierum. Cicero ostendit in Topicis minus Latine dici specierum, speciebus, quorum casuum apud Dialecticos frequens vsus est. Carēt secundũ grãmaticos eisdẽ casibus, ius, tibus, os oris. &c. *Defrutum*, est vinum decoctum, ad mediam vsq; partem. *Morum*, fructus arboris mori, & ruborum *Hordeum*, gerst. *Mulsum*, potus dulcis ex vino, & melle. *Forum*, est locus vbi publicẽ emtiones & venditiones fiunt, caussẽq; aguntur. *Rus*, dicuntur agri & villę extra vrbeis. lungi possunt vel raro, vel nunquam habentia dictos casus, hiems, fel, cruz, &c. Doctissimi tamen oribus & vinis dixerunt: & sic plura vsurpata inuenies.

Reliqua certis casibus carentia.

Ceteri masculi rectum remoueto priorem.

Dic fors forte, luesq; luem: macti dato macte.

Tantumdem solum tantidem debet habere.

Cum primo quartum, quintumq; specus petit: & plus

Pluris, & à pluri neutrum: plurale sit omne.

Suppetiæ, in fitiæ dant quartum: dica dat as, am.

Deq; veru veruum tollunt: grates dato fratres.

Gratis, grate, leges: repetundarum repetundis.

Vis, vis, vim, vi dat: quòdam has vèis: nunc fero vires.

Ausim cum magno Fabio bene dicere tabum.

Hæc cetera hoc ceterum, nominatiuſi ſingularem masculini generis, in vſu non habet, qui eſſet ceter. Hæc Fors ô Fors, à forte, id eſt, Fortuna, aut euentus. Inuenies tam fors quàm forte aduerbia ſcere. Lues hæc luem, aliquando etiam ab hac lue. i. contagioſus morbus. O maſte, & pluraliter ô maſti, quaſi magis aucte, magis aucti: dictiones quibus laudamus cum exhortatione ad virtutē, aut gloriā. Virg. 9. Maſte puer virtute noua, ſic itur ad aſtra. Tantundem, tantidem, tantundem, ceteris caret. Dicitur quaſi tantum idem, id eſt, æquè tantum. Specus in nominatiuo, accuſatiuo, vocatiuoque dum eſt neutri generis, ſpecoris, ſpecori, ſpecore, in vſu non ſunt. Hoc plus, huius pluriſ, hoc plus, ab hoc plure. Plurale hi & hæ plures & hæc plura, integrum eſt. Hæ ſuppetiæ, has ſuppetias. i. auxilia. Hæ inſitiæ, has inſitias. i. negationes. Eo inſitias. i. nego. Hæc dica, hanc dicam, has dicas, id eſt, accuſatio vel cauſſa. Grates, ſine genitiuo, datiuo, vel ablatiuo plurali, in ſingulari ſolùm habet genitiuum gratis, & ablatiuum grate, & ſignificat gratias. Harum Repetundarum, ab his repetundis tantùm, id eſt, pecuniarum, aut rerum principi vel populo ſurreptarum: vt Cicero Verrem accuſauit repetundarum. Vis, huius vis, hanc vim, ô vis, à vi. Et pluraliter has vèis apud veteres, nunc ab antiquo ſingulari dicimus hæ vires, virium, viribus, &c. Huius tabi, ab hoc tabo tantùm, vt Grammatici volunt. Sed Quincilianus in paſſu cadaueris etiam tabum dixit. Caret tamen plurali, vt tabes, cum quo ſaniam, ſanguinemque corruptum ſignificat.

### Plurali numero carentia.

Propria plurali, niſi ſint pluralia tantum,



*Tuncta carent: cum mensuratis, herba, frutexq̄:*

*De specie loquimur. tamen hæc quandoq̄ leguntur  
Plurali numero, parteis vbi significamus:*

*Sicut vina, fabæ. plurale tenent quoq̄ rarò*

*Abstractum nomen quintæ, nomenq̄ elementi.*

Plurali numero carent propria nomina quarumcunque rerum, nisi sint tantùm pluralis numeri. Exempla sunt propria hominum: vt Ioannes, Iacobus, Anna, Phyllis. Montium: vt Ossa, Olympus. Sic nomina oppidorum, planetarũ, &c. Dixi: Nisi pluralia sint tantùm, propter Athenæ, Gabij, *Arakata*, &c. *Venetia* regio est: *Venetix*, *Venetiarum*, *Venetix* vrbs. At *Argos*, hi *Argi*. *Mænalus*, hæc *Mænala*, & huic similia, abundãtia sunt, quatenus in singulari & plurali idem valent. Item hæc *Fidena*, hæc *Fidene*. Hæc *Mycena* vel *Mycene* *Mycenes*, vel hæc *Mycene* *Mycenarum*: & plura oppidorum nomina, quorum singulare & plurale sunt penitus synonyma. *Galliæ* *Galliarum*, *Hispaniæ* *Hispaniarum* dicimus. Quia est *Gallia comata*, *togata*, *braccata*: *Hispania superior*, *inferior*. Inuenimus etiam in plurari, non quidem propriè, sed appellatiuè, *Iacobi*, *Scipiones*, *Hectores*, *Mæcenes*, &c. Secundò, singulari carent nomina rerum, quæcunque referuntur in pondus vel mensuram, vt nomina metallorum, *aurum*, *plumbum*, &c. Nomina frumentorum: vt *Triticum*, *siligo*. &c. Et leguminum: vt *Eruum*, *canabis*, & multa alia: vt *Lac*, *butyrũ*, *lardum*, *seuum*. Loquimur autem de specialibus, nam generalia nomina pluraliter declinari nihil impedit: vt *Metalla*, *liquores*, *frumenta*, *legumina*, &c. Quinetiam specialia in plurali numero quandoque leguntur, vbi partem significare volumus: vt *vina*, *hordea*, *pisæ* vel *pisa*, *fabæ*, *xra*, *electra*, *ferra*, *defruta*, *mella*, quibus vix sunt in plurali genitiuus, datiuus vel ablatiuus. Item herbarum fruticumque, nomina rarò pluralem numerum habent. *Apium*, *sifer*. Nonnulla aliquando habent: vt *Lolia*, *lilia*, *rosæ*, *rutæ*, *cepæ*, *myricæ*, *genistæ*, cum multis alijs. Declaranda sunt nonnulla vocabula huius regulæ. *Metallum*, est omnis dura materia in terræ visceribus nata. Nam *Plinius* etiam lapides vocat metalla. *Isidorus* septem ponit nomina metallorum magis vulgata, *aurum*, *argentum*, *electrum*, *stannum*,

stannum, plumbum, æs, & ferrum, sub quibus intelligitur orichalcum & chalybs. *Aurum*, gour. *Argentum*, syluer. *Electrum*, vocatur aurum in quo quinta argenti portio est, teste Plinio libro 33. *Stannum*, ten. *Plumbum*, loot. *Aes*, coper. *Orichalcum*, est æs aurei coloris. *Ferrum*, yser.

*Chalybs*, stael. *Lardum* vel *laridum*, caro porcina. *Seuum*, est pingue cornigerorum, animalium, non cornuorum, & pedes ia digitos diuisos habentium. *Minum*, est terra rubra. *Fru mentum*, spicis continetur, vt hordeum. *Legumen*, est quod nascitur in folliculis, vt *Faba*, pila. **PLURALS** tenent quoq; raro Sententia est Nomina abstracta, id est, substantiua ab adiectiuis deducta, & solas significantia qualitates, cum nominibus quintæ declinationis, & nominibus elementorum raro tenent pluralem numerum, *Exempla de abstractis*. *Iuuentus*, id est, ætas iuuenilis. *Socordia* & *Vecordia*. i. *stultitia*. Sic *parsimonia*, *castimonia*, *memoria*, *eloquentia*, *sapientia*, *diligentia*, *negligentia*, *elegantia*, *auaritia*, *iustitia*, *insania*, *amentia*, *paupertas*, *prudētia*, *inopia*, *amicitia*: sed *inimicitia* sepius pluraliter dicitur. *Parcitas*, *pernicitas*, *adolescētia*, *pueritia*, *infantia*, *clementia*, *facundia*, *humilitas*, *senium*, *marcor*, *caritas*, *poëtica*, *dialectica*, &c. *Exempla de nominibus quintæ declinationis*: vt *Fides*, *rabies*, *pernicies*, *caries*, *dies* pro tempore. *Sanies*, sanguis corruptus, &c. *Exempla de nominibus elementorum*: *Terra*, *aqua*, *aër*, *ignis*: quæ excepto aër pluralem admittunt omnia, vbi non totum elementum, sed aliquas partes significamus. *Habent quoq; pluralem ex alijs complura*: vt *sine dubio dies* & *res*, cum pluribus quintæ declinationis nominibus, & multa abstracta: ideo dixi, non semper, sed raro. *Quidius*: vulgus *amicitias* utilitate probat.

#### Raro pluralia.

- Masculina.* Vix plurale tenent, *linus* cum sanguine, *fumus*,  
*Et finus*, & *mundus*, *muscus*, *cuni* nemine, *pontus*,  
*Captorum* carcer, *sopor*, & *puluis*, *penus*, *vincus*,  
*Cæstus*, ceu *cultus* pro auro, *ros*, & *genuinus*.
- Femina.* *Gloria*, *fama*, *lues*, *pax*, *galla*, *fames*, *fuga*, *vita*,  
*Culpa* strues, *pix*, *gaza*, *salus*, cum q; *indole*, *arena*,  
*Mors*, *tussis*, *proles*, *tabes*, *labes*, *soboles* q;

Talio cum cholera, sitis atque humus, & pituita,  
 Lux, plebs, iungantur pubes, contagio, bilis,  
 Hir, cœnum, fel, pus, ver, nectar, ador, nihil, hepar, Nectra  
 Nil iubar, & nihilum, gluten, vulgus, pelagusq;  
 Aeuum, sal, Barathrum, cum manna, mammona, pascha.  
 Iustitium, scium, virus, cum mâne, necessum,  
 Atq; neceße, salum folium, fas, instar & halec:  
 Adde nefas, lethum, vitrum, viscum, atque macellum,  
 Et vitrum, spicum, sinumq; geluq; solumq;  
 Atq; lutum. sunt his qui longè plura notarunt.  
 Si bene discutias doctorum scripta virorum,  
 Multa secus cernes, quàm lex vult Grammaticorum.

Rarò habent pluralem numerû hæc nomina, Limus, sanguis, fumus, &c. *Limus*. i. cœnum & terra madida. Sanguis in sacris solùm pluraliter legi: vt Virum sanguinum & dolosum abominabitur dominus. *Fimus*, est stercus animalium, siue lætamen. *Mundus*, vel mundum pro omni eo, quo se ornât mulier, in plurali nō reperitur. Aliàs apud naturales Philosophos pluralem habet. *Muscus*, lanugo, vel herbula viridis in muris, ripis, arboribusq;. *Pontus*. i. mare. *Carcer* captorum locus. *Sopor*, altior somnus. Sub penus cōprehende penum & penu idem significãtia. *Vncus*, instrumentum ferreum incuruum. *Castus* per æ diphthongon, est lorum quo pugiles pugnã committebant, a cædendo dictum. *Cestus* sine diphthongo, est cingulum sponsæ nubentis legitimo matrimonio. *Vtrumq;* in plurali rarum est. *Cultus*, teste Curio, pro eo quod vulgo folium auri dicitur. *Geminus*, dens in extrema gingina homini sæpe vigesimo anno nascens, interdum octogesimo. Sequentia feminina sunt. *Gloria*: Quintil. Contentiens laus bonorum gloria appellatur. *Fama*, diulgatus populi sermo est. *Pax*, à pactione dicitur, & est concors quies. *Galla*, instrumentum sutorum: & fructus quidam arborum. *Fames*, edendi cupiditas. *Fuga*, fugiendi actus. *Vita*, pro modo viuendi, pluraliter leges. Terentius in Adcl. Inspicere tanquam in speculo hominum vitas iubeo. *Pix*, peck. *Strues*, lignorum congeries. *Gaza* est, quidquid posside-

possidemus. *Indoles*, est in pueris significatio quædam futuræ probitatis: in viris signum est presentis virtutis: & aliquando in malum capitur. *Arena*, solus Cesar plurali carere dixit, tu liberè plurali vtitor. *Proles*, habere plurale testatur Martianus Capella, & est fetus animalis. *Labes*, ruina, vel macula. *Soboles*, à sobolescendo. i. succrescendo dicitur: & Asinius Pollio, pulchrè hoc nomine vtitor, scribens ad Ciceronem. Et robur, & soboles militum interiit, siquidem quæ nuntiantur vlla ex parte vera sunt. *Cholera*, morbi genus, & noxius in corpore humor. *Pituita*, morbus quidam caput infestans. *Lux* pluraliter legitur pro diebus, luces & lucibus, non lucum aut lucium. *Pubes*, propriè est lanugo, quæ circa pudenda nascitur. *Contagio*, est morbi ex contactu propagatio. Inter neutra plurali carent hæc nomina: *Hir*, cœnum, &c. *Cœnum*. est lutum & terra humore resoluta. *Fel*, Teutonicè die galle. *Ver*, anni pars, Martium, Aprilem, & Maium continens. *Nectar*, Deorum potus dulcissimus. *Nil, nihil, nihilum*, idem ferè valent. *Gluten*, siue glutinum, est materia tenax, qua soluta corpora coniungimus & vnimus: vtrunque plurali caret. *Vulgus*, masculinè aliquando, pluralem habet. *Aeuum*, est ætas longa. *Sal*, masculinè pluralem dabet etiam pro condimento. *Barathrum*, locus Athenis erat vnde damnati præcipitabantur: & capitur pro immensa profunditate & inferno. *Iustitium*, quasi iuris statio dicitur, & est iuris dicendi intermissio. *Fenum*, est votum pabulum, sic dictū, quod sine cultura, quasi cum fenore proueniat. *Mâne*, est matutinum tempus. *Neceffe* vel *necessum*, dicitur in quo cessandum non est. *Salum*, est mare. *Solum*, sella regia. *Letum*, sine diphthongo & aspiratione, vt Priscianus vult, scribendum, in ortem significat. *Vitrum*, vbi parteis significamus in plurali reperitur. *Viscio* vel masculinè viscus, vtrunq; sine plurali, est glutinum quo aues capiuntur. *Macellum*, locus vbi obsonia venduntur quæ eunque, non solum carnes. Euclio apud Plaut.

Venio ad macellum, rogitō pisceis, indicant

Caros, agninam caram, caram bubulam,

Vitulinam, cœtum porcinam, cara omnia,

Atque eò fuerunt cariora, æs non erat.

*Nitrum*, salis species, quo sordes corporum vestiumque purgantur.

gantur. *Spicum*, acumen ad *spicæ* similitudinem. *Sinum* vel *Linus* valculum ventrosus est, & accipitur pro *flasco*. *Plaut.* Hic cum vino sinus fertur. *Gelu*, frigus aut glacies. Iunge dictis vnusquisque. Iungenda censent alij plura. Sed in hoc plerique falluntur, quod in duobus aut tribus auctoribus non reperta, nusquam inueniri illico clamitât. Itaque si qua dixerò carere aliquo vel casu vel numero, tantisper ab illo abstineas, dum è claris auctoribus me falsum deprehenderit, & cum illos imitare. Hac obseruantia tamen ne raro inuentis affectatè, palsim vrendum putes.

Singulari numero carentia.

*Distribuens numerus cum cardine, festa, libriq;*  
*Cum ludis, vrbs, multa carent numero ista priore.*

*Dant quidam libri numerum tantummodo primum.*

Numeri distribuiui: vt bini terni, carent singulari numero: nisi singulariter pro numero cardinali ponantur: vt *Septeno gurgite*, pro *septem gurgitibus*, apud *Virg.* *Septuageno conu*, apud *Pliniû*. Numeri cardinales: vt *Duo*, *tres*, *quatuor*, &c. Sub his continentur tot, quot, totidè, aliquot: vnus principium numeri est, non numerus. Tertiò, Nomina festorum, singulari numero carent: vt *Volcanalia*, *Bacchanalia*, *Saturnalia*, *Opalia*, *Vinalia*, *Neptunalia*, *Quinquatria*, *Megalesia*, *Floralia*, *Liberalia*, *Feralia*, & cetera festorum nomina. Horum quædam quorum *Deorû*, aut *Dearum* fuerint, deriuatio indicat: vt *Volcanalia*, festa *Volcani*. *Floralia*, *Floræ* *Deæ* festa, vel ludi. *Vinalia*, autem erant, quibus *Iouis* nouum vinum libabant. *Quinquatria*, quinque diebus *Palladi* fiebant. *Megalesia*, festa erant & ludi magnæ matris *deorum*: sed ludi sæpius *Megalenses* dicuntur. *Feralia*, à *ferendis* in sepulcra epulis, dicta sunt teste *Varrone*. Horum declinatio patet ex 2. lib. vt *Parentalia*, *parentalium*, vel *parentaliorum*, *parentalibus*, *feriæ* quæ *parentibus defunctis* sunt. Non nulla totam malunt sequi secundam declinationem: vt *Repotia*, *repotiorum*, *repotijs*, celebrantur, cum post *ridie nuptias* apud nouum maritum, quasi renouatur *potatio*. Idem Festorum nomina sunt *Latinæ*, & *Neomeniæ*. Quartò, Singulari carent multa librorum nomina: vt *Georgica*, *Bucolica*, *Chronica*, *Biblia*, *Rhetorica*, *Rhetoricorum*. Nam

rum. Nam Rhetorica, Rhetoricæ, ipsa ars est bene ornatæque dicendi, Gramatica Grammaticorum, non dici notat Lanciloius. Quintò, ludorum nomina: vt Apollinares, Circenses. Quinquatres. Circenses dicti sunt, quod in circo fiebant. Sexiò, Multa oppidorum aut pagorum nomina: vt Parisij, Thebæ, Artaxata, Hierosolyma. Inuenies etiam in singulari, Hierosolyma, Hierosolymæ, apud Suet. & Tacit. contra Vallam.

Masculina pluralia tantum.

Masculi generis sunt hæc pluralia tantum,

Annales, sentes, cancelli, liberi, amores,

*canos* Vepres, carceribus, Luceres, canis, Lemures do:

Furfuribus, geminis, natales: Celiibus, ceu

Manes, & castes, superi, loculi, atq; Penates:

Cuiq; prius foret as, maiores, atq; minores,

*prior*  
*f. numerus* Primores, fasti, vel fastus: adde Quirites,

Et pugillares, Seres, Caresq; salesq;,

Atq; Lares, pisces signum, ceu menstrua menses,

Atq; fori, fasces, proceres: sic posteri, & autes,

Mores, inferi & anbo dabis, sic codiq; cilli.

Interdum numero potentiur pauca priore.

Masculina tantum pluralia sunt: Annales, sentes, cancelli, &c. quorum nonnulla aliquando reperiuntur in numero singulari, quæ nec penitus refugiemus, neq; affectabimus. *Sentes*, teste Phoca, dicuntur spinæ, quod quàm citissimè sentiantur. *Cancelli*, ligna, vel ferramenta modicis intervallis distantia, vt in fenestris. *Liberi*, filij vel filiz, & aliquando vnicus filius vel filia. *Amores* pro turpibus, & *Veneris*, nisi adiectiuo distinguantur: veluti *Honesti amores*. *Vepres*, rubus, aut spina. *Carceres*, vnde equi incipiunt cursum. In hac significatioue reperitur etiam singulariter. Cice. A carcere ad calcem reuocati. *Luceres*, nobiles quidam Romani: vt *Taienses*, *Quintilij*, *Fabij*. *Cani*, albi capilli in senectute. *Lemures*, laruz, & terrificationes nocturnæ. *Furfures*, pustulæ quæ ex capite resoluuntur. Pro purgamento farinæ etiam singulariter dixit *Serenus*. Additur excussus  
niuca

*Ænea* similitudine *furfur*. *Gemini* & *gemelli*, fratres vno tē-  
 pore nati. *Natales*, generis nobilitas, aut nascendi condi-  
 tio. *Natalis* in singulari est dies quo quis nascitur. *Cælitæ*,  
 id est, *Cælicolæ*, & ex hominibus *Dij*. *Manes*, animæ de-  
 functiorum, & *Dij inferi*. *Cassēs*, retia. *Superi*, *Cælitæ*, vel  
 nos, respectu *Antipodum*. *Inferi*, qui *Tartara* incolunt,  
 vel *Antipodes*. *Posterī*, post nos venturi. *Loculi*, sacculi pe-  
 cuniarū. *Penates*, *Dij* penetrales, quos suæ quisque domi co-  
 lit: et pro domo capitur. Item pluralia tantum sunt quædā,  
 quæ in as desinerent, si singularem numerum haberent: vt  
*Primates*, *Optimates*, &c. Sunt autem *Primates*, civium pri-  
 mi *Optimates*, probissimi. *Summates*, sunt civium summi.  
*Infamites*, infimi. Item hæc. *Maiores*, antiqui, qui ante nos  
 fuerunt. *Minores*, posterī. *Primores*, communis generis est,  
 quia naturam habet adiectiui: ut meminimus suprā. *Tacit*.  
 Erat *Othoni* celebre conuiuium primotibus feminis,  
 vtrisque. Neutrum est apud *Cic.* de Orato. Ne primori-  
 bus quidem labris attigissent. Reperitur sepè singulariter.  
*Gellius*, *Primore* aspectu. Idem. Si me non fallit, quod qui-  
 dam in primori pueritia legerim. *Fasti* *fastorum*, vel *fastus*  
*fastuum*, liber est, in quo totius anni res Romanæ & causæ  
*fastorum* explicantur. *Quirites*, sunt Romani, a *Quirino*,  
 id est, *Romulo*. *Pugillares*, tabellæ, quibus inscribimus. Pro  
 eodem dicimus, *Pugillatia*, ium, ibus: & reperitur vtrumq;  
 aliquando in singulari. *Seres*, & *Cæres*, populorum nomina  
 sunt. *Sales*, sunt vrbانيتates, & dicta ad deletionem com-  
 posita. Reperitur in hoc significau sæpissimè singulariter.  
*Catullus*. Nulla in tam magno corpore mica salis. *Cicero*.  
*P. Scipio* omneis sale facetijsq; superabat. *Lares*, *Dij* dome-  
 stici, & ipsa quandoque domus. *Pisces*, signū cæleste. *Men-  
 ses*, pro menstruis, singulari caret. *Plin.* Cuius semen men-  
 seis, & vrinam ciet. *Fori*, pars naui, qua à prora in puppim  
 discurritur. *Cic.* Cùm alij malos teandant, alij per foros  
 eursitent, alij sententiā exhauriant. *Fasces*, *Consularis*, aut  
*Prætoris*: quia virgarum fasces ante Magistratus portaban-  
 tur. *Proceres*, sunt capita vrbium, & excellentiores vrbis vi-  
 ri. *Antes*, sulci, & vitium ordines *Virg.* Iam canit extremos  
 effectus vinitor antes. *Mores*, teste *Diom.* pro vitæ modo:  
 ætam & boni, & mali mores dicuntur. Sic codique cilli i. co  
 dicilli

dicilli. Tmesis est metri gratia. Sunt autem *Codicilli*, epistolæ & libelli. *Sulp.* Ciceronis. Puer mihi obuiam venit cum codicillis. Iurisconsulti aliter vsurpant. Addūt quidā plura: vt *Aborigines*, antiqui Italix populi. *Ludi*, pro spectaculis.

Feminina pluralia tantum.

*Hec* mliebria sunt tantum pluralia, *grates*,  
*Suppetiæ*, *cunæ*, *charites*, *latebræ*, *phaleræ*q;  
*Antiæ*, & *ambages*, *Alpes*, *argutiæ* & *ædes*,  
*Prestigiæ*, *esquiliæ*, *bigæ*, cum *fratribus*, *Idus*,  
*Et decimæ*, *infitiæ*, *nugæ*, *scalæ*q;, *fores*q;,  
*Copiæ*, & *antennæ*, *Gades*, *dire*, atque *Calendæ*,  
*Feriæ*, & *exequiæ*, *gingiua*, *litteræ*, & *ante*,  
*Et decretales*, *inimicitia* quoq;, & *aræ*,  
*Neniæ*, & *illecebræ*, *genæ*, *opes*, *Nonæ*, atq; *tenebræ*,  
*Exuuiæ*, *induuie*, *palex*, *salebræ*, *scatebræ*q;,  
*Cum valuis*, *tricæ*, *thermæ*, cum *naribus*, atq;  
*Blanditijs*, & *compedibus*, cum *sordibus*: adde  
*Clitellæ*, *sortes*, *fortunæ*, *diuitiæ*q;,  
*Gratiæ*, & *insidiæ*: sic *cantes*, *reliquiæ*q;,  
*Quisquiliæ*, *lactes*, *mappæ*q;, *minæ*q;, *plagæ*q;,  
*Nuptiæ*, & *excubiæ*, cum *primis*, *primitijs*q;  
*Inferiæ*, & *scopæ*: partes, si factio fiat.  
*Cetera* vix versu contingit dicere: verum  
*Interdum* numero potentiur pauca priore.

Hæc feminina carent singulari, vt dicunt Grammatici.  
 Ego verò horum quædam læpicule singulariter flexa nota  
 ui. *Cunæ*, infantium lectuli. *Charites*, *Gratiæ*. *Latebræ*, loca,  
 vbi homines se occultant. *Phalera*, equorum ornamenta.  
*Antiæ*, capilli demissi in fronte. *Ambages*, verborum cir-  
 cuitio. *Alpes*, montes sunt Italiam terminantes. *Argutiæ*  
 subtilitates, & acutè malitioseq; dictum aut factum. *Ædes*,  
 pro palatio: vt *Ædes Neronianæ*: & pro priuata domo:  
 quando singularem habet templum significat, sed ferè sem-  
 per cum adiectione vt *Ædes sacra*, *ædes louis*. *Prestigiæ*  
 oculo-



oculorum illusio per incantationem, vel dextetitatem, cele-  
ritatem, agilitatemque. Inuenitur etiam Præstigia præsti-  
giorum. *Esquilie*, mons Romanus. i. mons esquilinus. *Bigæ*,  
cum fratribus. i. cum eis, quæ eiusdem sunt originis: vt *Tri-  
gæ*, *quadrigæ*, &c. *Bigæ*, currus à duobus equis tractus. *Trigæ*,  
à tribus: *Quadrigæ*, à quatuor: *Seiugæ*, à sex: *Monigæ*, ab vnico:  
Capiuntur etiam pro iplis equis, & reperiuntur sæpè singu-  
lariter contra Grammaticorum legem, quæ exigit, teste Ser-  
uio, vt nomina significantia res ex plurimis constantes, sin-  
gulari careant: vt *Bigæ*, *scalæ*, *scopæ*. *Decime*, pars decima,  
*Nugæ*, mendacia, & res friuolæ. *Scale*, quæ latiores habent  
gradus, & immobiles permanent. *Scala*, est quæ ex teretibus  
lignis, aliâue materia constructa huc atque illuc transferri  
potest. Differentia plerunque non attenditur, & plurali sæ-  
piùs vtimur. *Fores*, ianux. *Copia*, pro exercitu. *Antenne*, li-  
gnum ex transuerso arboris nauis positum, vnde pendent  
vela. *Gades*, duæ sunt insulæ in extremo nostri orbis, versus  
Occidentem, vbi Europa ab Africa diuiditur. *Dire*, Furis  
inferni. *Calende*, primus dies cuiuslibet mensis. *Feria* dies  
festi, ac feriatii. Vulgus contra Latinè loquenrium consuetu-  
dinem, *Feria* secunda, *feria* tertia, &c. *Exequia*, funebre offi-  
cium. *Gingiuæ*, caro, in qua dentes gignuntur. *Litera*, id est,  
epistola, & disciplinæ, quæ litterarum monumentis manda-  
tæ sunt. *Antæ*, lapides, qui vtrunque latus ostij muniunt. *De-  
cretales*, Pontificum constitutiones. *Inimicitia*, proculdubio  
singulariter innenitur. Cicero 4. *Tusculanarum*. *Inimicitia*  
est ira vlciscendi tempus obseruans. *Ara*, pro Penatibus, te-  
ste Diomede. *Nenia*, carmen funebræ propriè est, & capitur  
pro quouis inepto cantu, aut sermone. *Illecebra*, blanditiæ  
sunt ad aliquid allicientes. Frequens est singulari. Cicero  
pro Milone *Quis* ignorat, maximam illecebram esse pec-  
candi impunitatis spem? *Genæ*, partes capitis inter malas &  
auriculas. *Opes*, pro diuitijs. *Nonæ*, dies quidam in mense. *Te-  
nibra*, obscuritas, caligo. *Exuvie*, spolia hostibus detracta. *In-  
dumentis*, indumenta. *Paleæ*, teutonice, *kaf*. *Salebra*, loca aspera  
vel aquosa, per quæ salire oportet. *Scatebra*, ebullitiones a-  
quæ surgentis. *Valuæ*, ianux, quæ in se replicantur. *Trice*, ca-  
pilli sunt, qui pedibus pullorum gallinaceorum inuoluti  
gressum impediunt: capitur pro re nihili, vt *Apina*, quod

etiam singulari caret. *Therma*, balnea calefactoria. *Nares*, nā si spiramina. *Blanditia*, blandimenta. *Compedes*, pedum vincula. *Sordes*, immunditia, & auaritia. *Clitella*, instrumenta, quibus sarcinæ in equis, aut mulis portantur. *Sortes*, id est, oraculum & Dei responsum. *Fortuna*, sunt diuitiæ, aut alia etiam bona. Terentius. Omnes laudabant fortunas meas, qui gnatum haberem tali ingenio præditum. *Gratia*, Deæ quædam. *Insidia*, laquei, & occulti doli, dolosaque expectatio ad aggrediendum aliquem. *Cantes*, organorum fistulæ. *Reliquia*, & caussametri reliquæ, quidquid ex aliqua re superest, vel restat. *Quisquilis*, quidquid ex arboribus minutis surculorum, foliorumque cadit, & purgamenta terrarum. *Lactes*, intestina, per quæ cibus labitur, propriè in homine & oue, vt indicat Plinius. *Mappa*, frequens est in singulari. Horatius. Ne turpe toral, ne sordida mappa corrumpet nares. Dicitur etiam mappum, & est quod sternitur super mensam. *Mina*, id est, minationes, & murorum eminentiæ, quas pinnas vocant. *Plaga*, pñ reti tantum. *Nuptia*, legitima maris, & femine coniunctio. *Excubia*, vigiliæ militum. *Prima*, id est, primæ partes. Sic *Secunda*, significat secundas partes. Cicero in Oratore. Quis vnquam dubitabit, quin in Republica nostra primas eloquentia tenuerit semper, secundas iuris scientia? *Primitia*, quæ in aliqua re sunt prima & principalia. *Inseria*, sacra defunctorum, & exequiæ. *Scopa*, verriculum, quo domus mundatur. *Partes*, pro fractione. Iunguntur his omnibus pauca alia: vt *Ceremonia*, omne sacrificiorum genus. *Minutia*, partes partium. *Offucia*, verba detrahentia, & fallaciæ. *Manubia*, pecunia ex vendita præda. *Facetia*, verborum rerumque vtbanitas. *Fiducula*, funes, quibus torquentur fontes. *Fidicula*, fidiculæ. *Tetronice* cen inare.

### Neutra pluralia tantum.

Tantum pluralis numeri sunt neutra, iuga, arma,  
 Seria, cum rostris, effata, crepundia, Bastra,  
 Extæ, cibaria, tesqua, Ceraunia, classica, lustra  
 Cum castris, flabris, cunabula, iusta, pudenda,  
 Transtra, verenda, bonis, & munia, do paraphernis,

*Auleis, lachanais, libis, comitia: lector*  
*Addes cum spolijs, præcordia. sunt secundæ*  
*Hæc carchesia, vti vinacea, & ostia, ferta.*  
*Ostrea Grammatici, bellaria, pluraq; iungunt,*  
*Ilia sit ternæ, ceu lumina, mœnia, sicut*  
*Pugillaria, vti sponsalia: milia iunge,*  
*Et Vetera, atq; mapalia: sic magalia flecto:*  
*Pluraq; perfacilis melius quæ prosa recludet.*  
*Interdum numero potientur pauca priore.*

Neutra tantum pluralia sunt, Iuga, arma, &c. quorum pauca singularem numerum quandoque habebunt. Iuga, montium cacumina. Inuenitur quandoque in hac significantia singulariter. Arma, sunt quibus præliamur, & cuiusque artificis instrumenta. Seria, res graues, non iocosa. Rostra, locus Romæ, in quo coniectionabatur, rostris hostilium nauum ornatus. Effata, vltimæ augurum preces. Crepundia, recitæ pueris ludendi gratia datæ: vt ensiculi, puppæ, imagunculæ. Baltra, populus in Scythia, & ipsa regio, in eaque regione vrbs. Extæ, intestina, quæ maximè extant eminentque: vt Cor, hepar. Cibaria, esculenta lautiora. Tesqua, loca aspera & difficilia, deserta & inculta. Ceraunia, mōtes Epiri. Classica, concentus tubarum, & ipsæ tubæ. Lustra, ferarum eubilia: in singulari, quinquennium. Castra, loca sunt in quibus milites tentoria figunt. Huic iunguntur æstiuæ, hiberna, statiuæ. Flabra, ventorum flatus. Flabrum, instrumentum, quo flabra fiunt. Cunabula & similiter incunabula, sunt cunæ, & rerum primordia. Iusta, exequiæ. Pudenda & Verenda, ex adiectiuis in substantiuâ transierunt, quia intelligimus membra semper. Transtra, sedilia in nauibus. Bona, pro diuitijs. Munia, grauamina popularia, & officia. Parapherna, præter dotem data feminis. Aulea, picturata sunt è panno ornamenta, quibus in diuorum domibus parietes vestiuntur. Lachana, omne oleris genus. Liba, panis dulcarij genus. Comitia, conuentus populi ad Magistratus creando. Pro ipsa Magistratum electione semper pluraliter dicitur. Pro loco autem vbi comitia celebrantur, dicitur eo-

mitium frequenter. *Spolia*, propriè sunt quæcunque hosti-  
bus detrahuntur. *Pracordia*, cartilago circa cor. *Carchesia*,  
dicunt esse foramina in malo, accipientia funes. Macro-  
bius refert carchesium summam esse veli naualis partem. Et  
poculum procerum, circa mediam partem compressum, an-  
sa a summo ad infimum pertingente. *Vinacea*, folliculi sunt  
vux iam pressæ. *Ostia*, patentes fluuiorum aditus. Seta, co-  
rona ex floribus. *Ostrea*, conchæ asperam, scabramq; testam  
habentes. Inuenitur etiam femininè, & sæpius in singulari,  
quàm in plurali: vt *Ostreæ* ostrearum. *Bellaria*, secunda men-  
sa: vt poma, placentæ, ad irritandam gulam. Græcè τραπεζή-  
ματα & πίματα dicuntur. Omnia nomina iam dicta secun-  
dæ declinationis sunt, sequentia verò tertix: vt *Iliæ*, quod ta-  
men ipsum per secundam quandoque inuenitur. Sunt autè  
*Iliæ* teste Plinio, arteriæ quædam inter vesicam & aluum,  
ad pubem tendentes. Et hæc sunt *Iliæ* interiora. Vocant etiã  
*Iliæ* inferiores laterum parteis, quas respiratio præcipuè cõ-  
cutit. *Lumina*, pro oculis rarum est in singulari. *Mania*, quæ  
urbem cingunt. *Sponsalia*, genitiuo sponsalium, vel per secun-  
dam sponsaliorum, datiuo sponsalibus, sunt futurarum nu-  
ptiarum promissio. *Milia*, pro miliari. *Vetera*, pro loco que-  
dam, frequens in Tacito. *Mappalia*, tuguria rusticorum, aut  
pastorum. *Mogalia*, idem. Addi his possunt pluralia in singu-  
lari rariùs inuenta, tam secundæ declinationis: vt *Viuaria*,  
tripudia, scuta, multitia, quàm tertix: vt *Lemuria*, penetra-  
lia, *Palearia*, pro pelle a collo bouis dependente. Nam pro  
locis vbi reponuntur paleæ, ad secundam declinationem per-  
tinet, habetouè singulare non infrequens *Palearium*. Carè  
etiam singulari neutra quædam indeclinabilia: vt *Tempe*,  
& pondo. *Tempe*, Thessaliæ loca sunt amœnissima. Abusuè  
quæcunque loca, quibus nemora præsertim & siluæ gratiã  
addunt, *Tempe* vocamus.

## ABUNDANTIA.

*Multiplex vno sensu dicatur abundans:*

*Tignus vel tignum fit testis, pisaq; pisum:*

*Cum pæne innumeris, quæ lectio multa docebit.*

Nomen abundans est, quod in eadem significatione  
mul-

multifariam effertur: vt *Tignus*. vel *tignum*, est quævis trabs in ædificio, & propriæ cui tectum inniuitur. Talia sunt multiplicia, de quibus ponam modos aliquor. Primò, quædam sub a sunt primæ, vel sub es quintæ: vt *Maceria*, vel *maceries*. Secundò quædam in us, vel in um desinunt: vt *Tignus* vel *Tignum*. Et quædam in er, vel in um desinunt: vt *Oleaster*, *oleastrum*. Tertiò, quædam in um, per secundâ desinebant, & aliquando in a per primam, quæ nunc in à per tertiâ desinunt: vt *Poëmatum* *poëmati*, vel *Poëma* *poëmæ*, *poëma* *poëmatis*. Quartò, in er vel in us: vt *Euander*, vel *Euandrus*, *conger* vel *congrus*. Quintò, in a vel in as: vt *Sofia* vel *Sofias*, *Damœta* vel *Damœtas*: Et in a vel in es: vt *Comœta* *comœtes*. Sextò, in a vel in e: vt *Libya* vel *Libye*. Septimò, in eus vel in es: vt *Achilleus* vel *Achilles*. Octauò, ab accusatiuo Græco tertiæ declinationis, fit aliquando femininû primæ in a, quod idem significat cum primitiuo: vt *Aether* vel *æthera*. *Hebdomas* vel *hebdomada*. Nonò, quædam in eodem sensu proferuntur in singulari & plurali: vt hæc *Fidena*, hæc *fidenæ*: hoc *Argos* hi *argi*. Decimò, quædam Græca tertiæ declinationis, faciunt à genitiuo in os nomina secundæ in us: vt *Titan* *Titanos*, *Titanus*. Vndecimò, quædam desinunt in is, vel in er: vt *Cucumis* vel *cucumer*, *impubis* vel *impuer*. Duodecimò, in o, vel in en: vt *Anio* vel *Anië*, *Nerio* vel *Nerien*, vt in declinatione visum est. Tertiodecimò, in is vel in en: vt *Sanguis* vel *sanguen*: aut is vel in: vt *Delphis* vel *Delphin*: *Decimoquartò*, in or vel in os: vt *arbor* vel *arbos*. *Decimoquintò*, in e vel in is: vt *Preneste* vel *Preneftis*, *rete* vel *retis*. *Decimosextò*, in i vel in is: vt *Sinapi* vel *sinapis*. *Decimoseptimò* in u vel in us: vt *Cornus* vel *cornu*, *Pecus* *pecoris*, vel *pecu*. *Decimooctauò*, in os vel in us: vt *Delos* vel *Delus*: vel on aut um: vt *Iliou* vel *Ilium*, aut hæc *Ilios*. *Decimononò*, in on vel in os: vt *Minos*, vel aliquândo *Minon*. *Vigesimò*, in o vel in on: vt *Agamemno* vel *Agamemnon*. *Vigesimo primò*, in al vel in ale, & in ar vel in are: vt *Penetral* vel *penetræle*, *altar* vel *altare*. *Vigesimo tertiò*, in as vel in aris: ut *cuias* *cuiatis*. *Vigesimo quartò*, in as, vel do, vel or: vt *Amaritas*, *amaritudn*, *amaror*, & *amaritia* vel *amarities*: *dulcor*, *dulcedo*. Ad hæc addâ multa ordine alphabetico. Noluî duris nec multum necessarijs

versiculis puerorum ingenia molestante. Sat erit his etiam plura frequēti lectione memoriæ commendare. Et in vniuersum notabis elegantissimos scriptores multa variasse, Euphoniæ maiorem habentes rationem, quàm regularum Grammaticalium, vt ostendit Gellius libro decimo tertio, capite decimo nono.

*Alluuium*, vel alluuius, vel alluuius, huius alluuii, id est, immoderata aquarum violentia & afflictio. *Angiportus* vel angiportum, id est, via, viculus, aut plateola inter domos, vna parte exitum non habens. *Abrotanus* vel abrotanum, herba quædam. Hoc *Amygdalum*, vel hæc amygdala, huius amygdalæ, pro fructu arboris amygdali. *Aranea* vel araneus, animalculum retia muscis tendens. *Adagium* vel adagio, pro uerbum. *Anapis* vel Anapus, nomen fluij. *Ambago* vel ambages, sed rariùs in singulari. *Acinus* vel acina acinæ, vel frequentius acinum, est fructus minutior arboris, aut fruticis: vt grana vuzæ vel bederæ. *Adam* vel Adamus, Abraham vel Abrahamus, Arar vel Araris.

*Baculus* vel sine plurali *Baculum*. *Baptismus*, baptismum, baptisma, id est, ablutio. *Buccina* vel buccinum, tuba. *Buxus* vel buxum, arbor. Seruius in 12. Aeneid. deridet eos, qui dicunt, Buxus, arbor est, & buxum lignum. *Balteus* vel balteum, militare cingulum, & zona bullis ornata. Persius. *Illa* subter Cæcum vulnus habes, sed lato balteus auro protegit.

*Curriculus* vel curriculum, id est, cursus vel currus, vel spacium in quo curritur. *Carrus* vel carra, vel carruca, vehiculi genus. *Cubitus* vel cubitum, brachij pars, & mensura quædam. *Commentarius* vel commentarium, liber rerum summas continens, libriue expositio. *CrySTALLUM* vel crySTALLUS. *Consortium* vel consortio, id est, societas. *Colluuium* vel colluuius vel colluuius, sordium collectio. *Capus* vel capus, gallus castratus. *Clypeus* vel clypeum, scutum. *Calcaneus* vel calcaneum, extremitas calcis. *Colostrum* vel colostrum, lac statim à partu densum. *Compago* vel compages, idem est, quòd compactio. *Cauilla*, cauillum, cauilli, iocosa quædam irrisio. Apuleius etiam dicit cauillus. *Conclauis* vel conclauium, domus pars vndique conclusa, nec cuius peruia. Plautus in *Aulularia*. *Conclauium* mihi peruium facitis

**Heitis.** *Clatrhus* vel *clatrhū*, lignum est quo trāuerso clauditur aliquid, vt fenestra, vel cauea. *Cepa* vel cepe, herba est, cuius radicis caput lachrymas excutit nudanti. *Cerasus* vel *cerasum* vel *ceraseum*, pro fructu. Propert. Heic dulces *cerasos*, heic autumnalia poma. *Contagies* vel *contagio* vel *cōtagium*.

*Dictamnus* vel *dictamnium*, herba quædam. *Dupondius*, vel *dupondium*, duo pondo. *Diluuium* vel *diluuius*, inundatio, quia variè, diluit, lauat, & resoluit.

*Euentus* vel *euentum*, quidquid casu aut fortuna euenit.

*Fundum* vel *fundus*, pro agro. Sed *fundum* sæpius pro imo rei capitur. *Fretum* vel *fretus*, per quartam declinationem, id est, mare. Lucretius, teste Prisciano. Angustoque fretu rapidum mare diuidit vndis. Lucretium imitatus videretur Cicero quare in Verrem, Per angusto, inquit, fretu diuisa.

*Guttus* vel *guttum*, vas ex cuius ore angusto guttatim fundimus aliquid. *Galerus* vel *galerum*, latior pileus. *Ganea* *ganæx*, vel *ganeum* *ganæi*, heluonum & meretricum diuersorium. *Gobio* vel *gobius*, pisciculus quidam.

*Hebenus* vel *hebenum*, arbor quædam. *Helleborus* vel *helleborum*, herba quædam. *Hibiscus* vel *hibiscum*, herba malux similis. *Hemistichium* vel *himistichius*, dimidium versus,

*Iubilus* vel *iubilum*, vox est lætantis. Hic aut hæc *intubus* vel *hoc intubum*.

*Ludius* vel *ludio*, id est, histrio. *Ludia* talis, mulier. *Luctus* vel *luctum*, tristitia. *Lanio*, vel *lanius*. *Labium* apud *Gellium*: sæpè labia labiæ.

*Mendum* vel *menda* *mendæ*, id est, macula, vitium, error. *Margarita*, *Margaritum*, vel *Margaris*, teste Seruio, lapis pretiosus. *Monitus*, *monitum*, *monitio*, idem. *Mulctra*, vel *mulctrum*, vel *mulctrale*, vas in quod mulgetur.

Inuenitur *Nasus*, *nasa*, *nasum*, Sed iuvsu est *nasus*. *Nepes*, vel *Nepis*, vel *Neper*, oppidi Etruriæ nomen.

*Peribolus* vel *peribolum*, circuitus. *Papyrus* vel *papyrus*. *Pisa* vel *pisum*, legumen notum. *Punctum* aliquando *punctus*. Horatius.

Omne tulit punctum, qui miscuit utile dulci. Plinius.  
 Neque enim aliud terra vniuersa, quàm mundi punctus.  
*Pileus* vel *pileum*, est tegmen capitis. *Pascua* *pascuæ*, vel *pascuum*, est omnis locus, in quo pecudes pascuntur. *Porrus*, legitur apud Celsum lib. 4. Sed vltatius est *porrum*, est *boletus* genus grauitè olentis. *Pistrina* vel *pistrinum*, vbi pinsitur. *Postica*, vel *posticum*, posterior ianua. *Pauus* vel *pauo*. *Proluuius*, vel *proluuium*, vel *proluuium*, immunditia cuiuscunque rei sordidæ. Virgilius. Fœdissima ventris *proluuius*. *Pusius* & *pusio*, paruulus. *Phorcus* *Phorcyn* & *Phorcys*, pater *Medulæ*.

*Rapa* vel *rapum*, en *rape*, *Rictus* vel *riçtum*. i. os & hiatus. *Ramus* & *ramale*. *Retis* vel *rete*. *Rhenus* vel *Rhenum*.

*Sabulum* vel *sabulo*, arena crassior. *Syngrapha* vel *syngraphum* vel *syngraphus*, litteræ à multis cõscriptæ, vel ab vno, nomine multorum, qui vel ascribuntur, vel sigilla appendunt in rei veritatem. *Plautus*. Agè, iustum ostende, quem conscripsi, *syngraphum*, inter me & amicum & lenam. *Saguntus* vel *Saguntum*, vrbis Hispaniæ nomen. *Strabo* vel *Strabus*, qui obliquè videt. *Scorpius*, vel *scorpio*, animal venenata cauda, & cæleste signum, & nodosum flagellum. *Supparus* vel *supparum*, linteum femorale dictum, quod subtus appareat. *Satan* vel *Satanas*.

*Thesaurus* vel *Thesaurum*, theca pecuniaria, vel pecunia ipsa *Textrina* vel *textrinum*, vbi textitur. *Taxus* vel *taxum*, arbor quædam. *Thymus*, vel melius *thymum*, herba quædam. *Torques* vel *torquis*.

*Vespere* vel *Vespera* *Vesperum*, stella & vltima pars diei. Inuenitur & *Hesperus* in eadem significatione.

Virgilius.

Ite domum saturæ, venit *Hesperus*, ite capellæ.

*Xistus* vel *Xistum*, ampla porticus in qua athletæ perhiberna tempora exercentur, aut locus amœnus & ad deambulationes commodus.

Quæ composita diuersarum declinationum efficiunt.

*Us*, vel *is* orta voluit *lunus*, *cera*, *arua*, *bacillus*,  
*Norma*, *iugum*, *cliuus*, *neruus*, *somnus* q̄; *animus* q̄;:

Plura-



*Pluraq; cum freno, quæ glossa recludet abunde.*

Quædam nomina faciunt adiectiua compositæ figuræ secundæ vel tertiæ declinationis, quorum, tamen alia sunt alijs frequentiora: vt à Limus fit *Illimus*, vel *Illimus*, id est sine liuo, vel cæno. Ouidius. Fons erat *illimis*, nitidis argenteus vndis.

Item *Sublimus* vel *sublimis*, id est, eleuatus in altum. Virgil. *Sublimes* in equis redeunt pacemque reportant.

A cera, *Syncerus*, vel *synceris*, id est, purus non vitiatus.

Horatius: *Sincerum* est nisi vas, quodcumque infundis accessit.

A nomine arma, *Inermus* vel *inermis*, quasi sine armis. A baculus diminutiuum est *bacillus*. Hinc *Imbecillus* vel *imbecillus*, id est, debilis. *Norma* est regula fabrorum, ad quam dirigunt opera. *Anormis*, id est, irregularis, & non ad normam factus, *Iugum*, est quo boues iunguntur ad arandum. Hinc *Bijugi*, vel *bijuges*, duo animalia coniugata. *Trijugi*, tria. *Quadrijugi*, quatuor. Virgilius. *Martis equi bijuges*. Idem. *Centum quadrijugos* agitabo ad flumina currus.

*Clinus*, est collis, vel monticulus. *Acclinus* vel *accliuis*, id est, depressus, quasi de cliuo. *Nervus*, naturale vinculum corporis, quo colligata sunt membra. *Eneruus* vel *eneruis*, id est, debilis, aut mollis. *Valla* notauit ferè semper in declinatione tertia dici in somnis, & ex omnis, per secundam verò semisomnus. *Animus*, est mens, vel anima vel voluntas, vel audacia. Hinc *Exanimus*, vel *exanimis*: *inanimus* vel *inanimis*: *magnanimus*, *pusillanimus*, &c. *Infrenus* vel *infrenis*, quasi sine freno, id est, indomitus. *Effrenus* vel *effrenis*, idè. Sic à barba dicimus *imberbis* vel *imberbus*, teste Marcello: ab *annus*, *perennus* vel *perennis*: a *lumbus*, *Elumbus* vel *elumbis*, id est, debilis, & erigere se non valens.

Nomina sub eadem nominatiui terminatione diuersarum declinationum.

*Multa tibi flexum dant quartum, siue secundum,  
Vt domus, & laurus, ficus, colus, & penus: adde  
Et lacus, & quercus, pinus, cornus, monitusq;,  
Vt quondam lectus. veteres ita plurima flectunt.*

Est aijjs

*Est alijs varius flexus: pro teste sequester.*

*Cetera ne longum faciam, tibi glossa recludet.*

Abundant nomina quædam declinatione, vt quæ sunt secundæ aut quartæ declinationis, saltem in aliquibus casibus: vt Domus ante satis declaratum, laurus, ficus, femininum, vt ostensum est libro primo: et alia multa. Hæc Laurus, huius lauri, datiuo lauro tantum, hæc laurum, ô laure, à lauro, & aliquando lauru, hęc lauri, harum laurorum, his lauris, has lauros & laurus, ô lauri, à lauris. Colus secundæ est præter ablatiuum singularem, qui per vtramque profertur, hac colo vel colu. Pennis cui adiungi potest specus in generibus declaratum est. Lacus, huius lacus vel lacus: reliqua per quartam effert. Quercus, pinus, cornus, & laurus, arborum nomina sunt. Quartæ, sunt multa quæ olim per secundam quoque flectebantur: vt Monitus, ornatus, quæstus, salus, aditus, tumultus: & plura alia à Nonio Marcello pulchre declarata. Plautus in Amphitruone dixit lectus locus, pro lecti locus, quod exoleuit: quia nunc solum secundæ est. Sequester, sequestris, sequestre, per tertiam flecti dictum est libro primo. Inuenitur etiam in secundâ declinatione, Sequester, sequestra sequestrum. Sic olim macer, teste Capro. Sunt quæ pro diuersitate declinationum, diuersas habent significationes: vt Acus femininum quartæ est: neutrum verò tertiz. Significationes patent ex libris præcedentibus. Item Acus, aci, masculinum secundæ est, & piscem quædam significant. Sunt etiam quæ in eadem declinatione pro diuersitate obliquorū diuersa significant: vt Acer, acris, est arbor: Acer, acris, id est, strenuus. Cuiusmodi omnia huc pertinere nõ videntur, si rectè dictum est. Multiplex vno sensu dicatur abundans.

## DE COMPARATIONIBVS,

LIB. IIII.



Comparatio, est rei ad rem collatio. Gradus comparationis sunt tres: Positiuus, Comparatiuus, Superlatiuus.

Positiuus, est qui rem sine excessu significat: vt doctus.

Comparatiuus qui rem cum excessu quidem significat, sed non summo: vt doctior.

Super-

Superlatius, est qui rem cum summo excessu significat: ut doctissimus. Hunc excedit quandoque Comparatiuus. Cicero ad filium. Vale mi Cicero, tibiq; persuade, te mihi quidem esse carissimum, sed multò forè cariorem: si talibus monumentis, præceptisq; lætabere.

Nominum sola adiectiua comparantur, eaq; non omnia, sed quorum significatio potest augeri vel minui: ut Pulcer, dulcis, felix, &c. Propria propter aliquod accidens rebus insitum, comparari leges: ut Nero, quia magnæ fuit crudelitatis, dicimus Neronior, pro crudelior.

Comparatio est triplex, voce tantùm, significatione tantùm, & viroque modo.

Comparatio voce tantùm, fit vbi vox conuenit, significatio discordat: ut à nouus Nouissimus, id est, vltimus. Sunt enim maximè noua ferè vltima. Nouior sunt qui negent rectè dici. Comparatio significatione tantùm est, vbi significatio conuenit, vox discordat: ut bonus, melior, optimus. Comparatio voce & significatione est, vbi cum voce significatio conuenit: ut doctus doctior doctissimus.

### Formatio comparatiuorum.

*Doctior à docti est: ita formes cuncta secundæ.*

*Tollo sinisterior, melior, peior, minor, & plus,  
Cum maior. donant ficus, & dicus entior apte.*

Comparatiuus à nomine secundæ declinationis fit à genitiuo singulari addita or syllaba pro communi genere, & us pro neutro: ut Doctus, docti, doctior, doctius: amicus, amici, amicior, amicior, nō, ut putāt indocti, amicior. spurcus, spurcior: pudicus, pudicior, non spurcior, nec pudicior. *Spurcus*, est immundus & impudens. *Martialis*.

Munera quod senibus, viduisq; ingentia mittis,

Vis te munificum Gargiliane vocem?

Sordidius nihil est, nihil est te spurcius vno,

Qui potes insidias dona vocare tuas.

Deterior, deterrimus, nō sunt à verbo detero, ut vult Priscianus, sed ab inusitato nomine *Deter*, deteri, quod malum significat, & cui aliquid quasi detritum est, ne bonum fit.

Excipiun-

Excipiuntur à regula *Sinister*, *sinisterior*: *bonus*, *melior*, *malus*, *peior*: *paruus*, *minor*: *multus*, *plus*, solùm in neutro genere, & hoc in singulari numero: at in plurali: *hi* & *hæ* plures, & *hæc* plura vel pluria. Item *magnus*, *maior*. *Sinister* aliquando significat aduersum, & noxium. Viug. 1. *Georgic.* *Arboribusq;*, *fatisq;* *notus*, *pecoriquæ sinister* E diuerso *Dexter*, interdum est idem, quod *prosper*, & *fauens*, à quo *dexterior* regulariter. A *facio* sunt quædam adiectiua in *ficus*, & à *dico* vel *dicax*, in *dicus* penultima correpta. *Mirificus*, *mirificentior*, quia *mira* facit. *Munificus*, *liberalis*. *Maledicus*, *mordax*. *Falsidicus*, *mendax*. Addunt à *volo*, *Beneuolus*, *maleuolus*: à *loquor* *magniloquus*, &c. *beneuolentior*, *magniloquentior*, &c.

*Fortior* à *forti* est. *facias ita cetera terne.*

*Iunior excipiunt. à nequam nequior exit.*

Comparatiuus si positiuus fuerit tertix, fit à datiuo singulari addita or: vt *Forti*, *fortior*: *pauperi*, *pauperior*. Hic & hæc *Potui*, & hoc *pote*. i. *potens*, solùm nominatiuum inuenitur nunc habere: vnde *potior* *potissimus*, id est, *melior* & *optimus*, quasi *potentior* & *potentissimus*. Excipitur à regula vnicum nomen iuuenis, *iunior*, teste *Prisciano*. Sed *Georgius Valla* haud malè asserit *iuuenior* esse à *iunis*: & legitur aliquando *iunior*, auctore *Lanciloto*. *Nequam* citra vllam exceptionem *nequior* *nequissimus* facit, quia est in declinabile. Sic à *frugi* habebuntur *frugalior* & *frugalissimus*, si, vt notat *Quintilianus*, *frugalis* est dictio parum proba.

### Superlatiuorum formatio.

*Er rimus* adijciat *superanti*. *dant timus exter*,

*Et citer*, & *dexter*: quibus addes ritè *sinister*.

*Dic etiam extremus*. *maturus* dat *rimus aptè*,

*Vel simus*: huic iungunt *satur*. à *vetus* est *rimus vsq;*:

Positiuo in *er*, addit superlatiuus *rimes*, *rima*, *rimum*: vt *Niger nigerrimus*, *deter dererrimus*, *pauper pauperimus*, *pauperrima*, *pauperrimum*.

Nota hisce nominibus, *celebris*, *salubris*, *alacris*, & si qua sunt huius farine, alia, quæ non in *er* tantum, sed etiam in *is* masculinæ inueniuntur, raro alia dari superlatiua quam in

*rimus*:

rimus: vt celeberrimus, saluberrimus, alacerrimus.

Excipiuntur à regula. Exter exterior extimus vel extremus: sinister, sinisterior, sinistimus. Exter. idē est, quod externus. Papinius vndecimo Thebaid. Sed quid apud taleis, quis nec sua piguora curæ, Exter honos?

Valerius exterarum gentium dixit. Et Virgilius, *extera regna*. Citer, citra, citrum, quod est citra. Maturus maturissimus vel maturrimus, ab antiquo nomine matur. Sic satus saturrimus & saturrissimus, vt quidam volunt. Vetus veterimus tantū habet. Est autem, *Maturum*, quod tempestiuum dicitur: vt *Maturæ* fruges, inatura poma. *Satur*, plenus cibo. Terentius. Sed tu cum satura, atque ebria eris, puer vt sit satur, facito.

*In reliquis simus accipiet patrius positiui,  
Atq; datiuus in i: tamen s simus vsq; præibit.  
Excipe postremus, supremus, & optimus, atq;  
Pessimus, & minimus, cum maximus, intimus addens.  
Plurimus, infimus adiunges. entissimus autem  
A ficus, atq; dicus facito. limus is data demta,  
Cum facilis, gracilis, agilis, similisq; humilisq;.*

Si positiuus non desinit in er, tunc superlatiuus sit à genitiuuo positiui in secunda declinatione, vel à datiuo in tertia addendo s & simus: vt cellissimus, non, vt Grammatiscæ somniant, summus: excelsum excelissimus. *Celsus*, & excelsus. i. excellens, altus. Huic forti fortissimus. Excipe à regula, posterus postremus, superus supremus, bonus optimus, malus pessimus, paruus minimus, magnus maximus. *Intervus*, vel inter. intera interū veteres dicebāt vt superus: hinc interio intimus. Multus plurimus, multa plurima, multum plus plurimum. *Infer* vel inferus, inferior, iufimus, quæ non solum ad locum, verum etiam ad dignitatem pertinent. Terentius. Tace tu, quem ego infra infimos omneis puto homines. Nomina à facio in ficus, à dico vel dicax in dicus, habent entissimus: vt Maleficus maleficientissimus, maledicus maledicentissimus. Quandoque regulares horum inueniuntur superlatiuui, sed apud vetustiores. Terentius. Mirificissimus est patruus tuus. Hæc quinq; Facilis, agilis, gracilis, hu-

cilis, humilis, similis, & ab his composita: vt difficilis, ab *difficilis*, & ab *facilis*, faciunt superlatiuos abijciendo is, additis limus syllabis, & ita concurrunt duo illi: vt facillimus, agilimus. His additur à Valla docilis docillimus. *Facilis*, dicitur paruum laborem requirens. Huic contrarium est *Difficilis*. Cicero, Amanti nihil est difficile. *Agilis*, facile mobilis. *Gracilis*, tenuis, & non crassus. *Humilis*, propriè non alius & propè humum: vt *Humilis* arbor. *Docilis*, qui facile discit. Contrarium est *Indocilis*,

### Comparatio imperfecta.

*Anterior* superante caret, *iuuenis*q; , *senex*q; ,  
*Sicut* *adolescens*: cui *diues*, *plura*q; iungunt.  
*Temperior* solùm est. *ignorant* hæc *positiuum*,  
*Vltimus*, *vlterior*, *prior*, & *primus*, *propior*q; :  
*Proximus*, *ocyor*, atque *ocyssimus* adijciuntur.

Anter vel anterus veteres dixêre. Hinc anterior anteriorius sine superlatiuo: vt *Iuuenis* iuuenior, vel *iunis* iunior. *senex* senior, *adolescens* *adolescetior*. *Diues* diuitior. Terêr. Quàm iniquè comparatum est, vt hi qui minus habent semper diuitioribus aliquid addant. *Dis*, ditior, ditissimus, integrum est. Multi addunt superlatiuo carentibus. *Remissus*, remissior tantùm, *salutaris* *salutatorior*. *Infinitus*, infinitior, *opimus* *opimior*, *Longinquus* *longinquior*, *propinquus* *propinquior*. *Temperior* vel rectiùs *temporior*. i. *tempestiuor*, à tempore deductum, caret positiuo & superlatiuo. Huic addunt *Habitior*. i. *pinguor*: at eius cõparatio superlatiuo que vtitur *Gellius* in lepidissimo exemplo. *P. Scipio Nasica*, & *M. Põpilius*, cùm equitũ cõsum agerent, equũ nimis strigosum & male habitum, sed equitem eius huberrimum & habitissimum viderunt. Et cur inquirunt, ita est, vt tu sis, quàm equus curatior? Quoniam, inquit, ego me curo, equum *Stadius* meus seruus. Ultra, pridem, & prope nõ cõparantur, quidquid dicat *Priscianus* cum suis. Nam teste *Diomede*, *vlterior* *vlтимus*, & auctore *Plinio*, *prior* *primus*, *propior* *proximus*, carent positiuo. Dicimus, & *ocyor* *ocyssimus*, positiuo carere. Nam Græco ὀκνῆς, id est, *velox*, Latini non vtiuntur.

Sunt e-

Sunt etiam quibus negatur comparatiuus, vt Falsus falsissimus, persuasus persuatissimus, apricus apricissimus, inclytus inclytissimus, immeritus immeritissimus, inuitus inuissimus. Legitur tamen inuitus aduerbialiter. Iurisconsultus iuriscōsultissimus, comis comissimus, nuper vel nuperus, *Nuperrimus*, i. recentissimus.

*Vs si vocalis præeat, rarò gradus exit,  
More prius dicto. tenuis non additur aptè.*

Quando vocalis præcedit in positiuo syllabam *us*, nomen aut nunquam aut rarò comparatur more dicto, id est, in *or*, & *simus*: at vbi comparatione opus est, iungitur vice comparatiui cū aduerbio magis, superlatiuo verò, cum aduerbio maximè: vt *Idoneus*, magis *idoneus*, maximè *idoneus*. Sic *Arduus*, id est, *altus*, & *difficilis*. *Martialis*.


Ardua hæc res est, opibus non tradere mores.

*Pius* propriè, qui quos debet reueretur, colit & amat: vt *parentes* & *Deum*. *Industrius*, diligens & ingeniosus. *Inglorius*, sine gloria, & honore. *Strenuus*, velox, & diligens. *Inertius*, id est, negligens. *Iniurius*, faciens iniuriam. Ratio regularis est, quia comparatiuus singulariter formatus, debet superare positiuum vna syllaba: vt *docti*, *doctior*. Et quia ñ littera inter duas vocales efficitur cōsonās, comparatiuus horum nominum non superaret positiuum: aut si i non fieret consonās vt superaret, iā nasceretur cacophonon. Quis enim libenter audiat iniurior pentasyllabum? Sed auctores hæc Grammaticorum ratio non mouit semper, inuenies enim ab *assiduus*, *assiduior*, *assiduisissimus*: à *strenuus*, *strenuior*, *strenuissimus*. Et *pius* inuenitur habere *piensissimus* ab iniustato nomine *piens*. *Piissimus*, vt in epistola Antonij, male Latinum notat Cicero Philippica decima tertia. Tu porro, inquit, ne *pius* quidem, sed *piissimos* quæris & quod verbum omnino nullum in lingua Latina est, id propter tuam diuinam pietatem nouum inducis. Alexander in scitè negauit regulariter comparari posse *tenuis* Apud Latuissimos enim inuenies *tenuior*, *tenuissimus*.

DE PRAE-

DE PRETERITIS ET SVPLI  
NIS VERBORVM.

LIB. V.



Compositum simplexq; modo flectuntur  
eodem.

Excipies quædam post clarè notificanda.

Verbum compositæ figuræ coniugatur vt  
simplicis: & cõtrà: vt sedeo, sedes, in præterito sedi: possi-  
deo, possides, possedi. Excipiuntur quædam: vt Maneo man-  
si, immineo imminui. Et do est primæ coniugationis red-  
do, addo tertiz. Sed hæc & alia passim declarabuntur in se-  
quentibus. Deinceps verò de præteritis & supinis tantum a-  
gemus. Nam reliqua ad coniugationes pertinentia, ex ana-  
logia, & similitudine verborum. Amo, doceo, lego, audio,  
fatis noscuntur. Coniugatio, est verborum per tempora de-  
clinatio.

*A quoties mutatur in i, per e pono supina.*

*Demitur hinc do, go, sapio, salio, statuoq;.*

Si verbum compositum mutet a simplicis in i, supinum  
retinebit e: vt Facio, feci, factum: reficio, refeci, refectum.  
Excipiuntur verba in do: vt Cado, cecidi, casum: recido, re-  
cidi, recasum. Et in go: vt Ago, egi, actum: adigo, adegi, ad-  
actum. Et composita à Sapio, quia retinent i in supino: vt  
Desipio, desipui, desipitum. Item à Salio & Statuo, quæ pro  
a in supino retinent u: vt Insilio, insilui, insultum: instituo  
institui, institutum. Hoc etiam notatu dignum. Verba mu-  
tantia e in i, non perdunt e simplicis in præteritis & supinis:  
vt Emo, emi, emtum: redimo, redemi, redemptum: sic Se-  
deo, insideo, &c. Composita à teneo non habent e in prete-  
ritis, sed supinis: vt Contineo, continui, contentum. Cedo,  
& lex do mutant æ diphthongum in i longum, quod retinet  
composita in præteritis & supinis.

*Cum geminat simplex, composito tolle priorem:*

*Quam retinet do, sto natum, ceu discere, posco.*

*Pluria sic olim, ceu nunc præcurro, repungo.*

Cum



Cum simplex geminat principium præteriti, compositum non geminat: vt Mordeo, inomordi, remordeo, remordi: pello, pepuli: compello, compuli. Excipe composita à do, sto, disco, posco, quia temper geminant: vt credo credidi, resto restui, edisco edidici, repesco repoposci. Sic olim plura, vt cõpolita à curro: vt decurro decucurri. Sed nunc inter cõposita verbi curro, solùm præcurro geminat principium. Apungo solùm repungo geminat. Caper apud Prisc. Cum ei, qui nos pupugit talionem. i. vicem à nobis redditam ostendimus, repupugi dicimus.

Supinum nunquam principium geminat.

*Si sit à præsentis, non desinet esse supino.*

Quoties præsentis fuerit a, non aberit supino, licet in præterito muteur: vt Facio feci factum: fallo fefelli falsum.

*Præteritis quæcunq; carent, spoliabo supinis.*

Quæcunq; carent præteritis, etiã carent supinis: vt Polleo, glisco, &c. Licet præteritorum & supinorum defectus ad sequentem pertinent librum, tamen in hoc libro totam hanc rem absolvam, modò verbũ nõ pluribus careat, quam præteritis & supinis. Breuius enim id & commodius fiet.

## PRIMA CONIUGATIO.

*Præteritis aui facit as, atumq; supinis.*

Verbum primæ coniugationis facit præteritum perfectum indicatiui modi à secunda persona singularis numeri, indicatiui modi, præsentis temporis, ablata littera s, & ad dita syllaba vi, quæ in supinis mutatur in tum vel tu: vt Amo, amas, amat: amaui, amatum, amatum. Aequo, æquaui, æquatam. i. æquale facio. Albo, album facio. Libo, libas, gusto. Prælibo, prægusto. Aestuo, æstuas, æstuaui, æstuatum, supinum vix inuenitur, id est, terueo. Excipiuntur pauca iam declaranda.

*Excipe do dedit, atq; datum: stetit atq; statum sto:*

*Cuius compositum stitit atq; stitum capit apte.*

Do dedi datum, circundo circundedi circundatum, sic Pessundo, venundo, satisdo. Sto steti statum, huius composita stiti stitum faciunt: vt Præsto præstiti præstitum, iusto in-

stuti institum. Da syllaba corripitur, vbicunque est primâ syllaba in condeclinandis à do. vt dabam dare: ergo dic pe-  
 nultimabreui pessundabam, circundabam, &c. *Circundo*. i. circumpono: vt *Circundo saltus canibus*. *Venundo*. i. vendo. *Pessundo*, id est, calco, vel opprimo. *Satisdo*, id est, satisfacio, aut soluo. *Sto*, id est, erectus sum. Item stat, manet, aut certum est. *Virgilius*. Stat sua cuique dies, breue & itreuocabile tempus Omnibus est vitæ. *Sto conuentis*, id est, seruo pactum. *Per me non stetit*. i. non fui caussa cur minus fieret. *Asto*, iuxta sto. *Antesto*, excello. *Resto*, super sum, vel relinquo. *Præsto præstiti præstitum*. i. do. Item excello. *Præstat* impersonaliter, id est, melius est: in præterito præstitit. *Consto*. i. simul sto, non sum instabilis, vel componor. Item *constat*. i. liquet. *Quanti constat liber? quanti emitur? Disto*, longe sto, vel absto, aut differo: *Quantum distat hinc Roma? quingenta miliaria*. *Exsto*, emineo. *Liber non extat*. i. nusquam inuenitur, vel perijt. *Insto*, propè sum: vt *Pascha instat*, vel operam do pro re acquirenda. *Plaut. Pofcit, instat, vrget*, non sinit hominem quiescere.

*Dono lauo, laui, lotum, lautum, atq; lauatum.*

*Poto magis potum: iuui, utumq; iuuare.*

*Lauo* laui lotum, vel lautum, vel lauatum, ab eo quod dicebatur lauau, & significat rigo, vel aqua purgo, aut quouis humore purgo. A lautum nascitur *Lautus*, quod si nomē est, mundum, delicatum, & elegantem significat. *Poto* potaui potatum, & sæpius potum: vnde potor potio, poturus. *Potare*, aiunt esse luxuriz. *Bibere*, necessitatis. *Potus* adiectiuum nomen est in hoc *Ouidij*. Occurrit nuper, visa est mihi digna relatu *Pompa*, senem potum, pota trahebar anus. In sequenti eiusdem carmine participium. Quo plus sunt potæ, plus sitiuntur aquæ. *Potus* substantiuum à potione distinguunt, quod hoc Medicorum plerunque sit sorbitiuncula: illud alia quæcunque. *Compoto*, est simul potio, *Compotor*, qui cum alio solet potare. De hoc adagiorum habemus. *Odi memorem compotorem*. *Iuuo* iuui, iutum, id est, auxiliura do. *Virgilius*. Audentis *Fortuna iuuat*. *Lectum* est, iuuau iuuatum. *Adiuuo*, idem est, quod iuuo. *Terent. Forreis Fortuna adiuuat*.

Præbet ui per itum cubo, cum sono, siue crepare,  
 Et domo, siue tono, veto cum plico. nexo, xui, xum.  
 Præbet ui per ctum frico, cum seco: iunge necare.  
 Nulla supina creat mico, dans micui. datur aui  
 Nonnullis. aui tantum dat supplico: sicut  
 Omne plico verbum, quod dat cum nomine iunctum.

Hæc septem verba, cubo, sono, crepo, domo, tono, veto, plico, faciunt per duas syllabas ūi in præterito, & itum in supino: vt Cubo, cubui, eubitum, Nexo facit nexui, nexū. Hæc tria verba, frico, seco, neco, faciunt ui per duas syllabas in præterito, & cum præcedente littera c ante t in supino: vt Frico fricui frictum, secui sectum, necui nectum. Mico micui facit absque supino. Quædam ex dictis etiã dant aui in præterito: & similiter, quod facile conijcitur, atum in supino: vt Increpo increpui vel increpau: implico, implicui vel implicau, implicitum vel implicatum. sic dimico dimicui sine supino, vt mico, micui vel dimicau dimicatum. At Supplico. i. humiliter peto cum reuerentia, solum facit supplicau, supplicatum, vt omne compositum à plico cum nomine: vt duplico, duplicau, duplicatum. Cubo. i. iaceo, olim dictum est cubau cubatum: vnde cubatio non cubitio dicimus. Sic domatio, tonatio dicimus, non domitio, tonitio: & contra domitus, domitor, potius quam domatus, domator, auctor Valla. Composita à Cubo corripunt penultimam, nisi assumant m ante bo, & fiant tertie coniugationis, ita tamen vt idem habeant præteritum: vt Accubo, accubas, vel accumbo accubis, accubui. i. assideo vel adiaceo mensæ. Virgilius. Tu das epulis accumbere Diuum. Occubo vel occumbo, morior. Idem. In vtrumque paratus, seu versare dolos, seu certæ occumbere morti. Idem per primam dixit. Nec adhuc crudelibus occubat Vmbri. Sono, significat sonum facio. Composita penultimam corripunt: vt Assono, ad aliquid sono. Persius. Reparabilis assonat Echo. Resono, sonum reddo. Virgilius. Resonat clangoribus æther. Crepo est violentum sonum facio. Ouidius. Crepat in medijs laurus adusta foci. Composita corripunt penultimam: vt Concrepo, simul crepo. Terentius. Ostium concrepuit. Increpo,

cum clamore arguo, aut sonum facio. Ouidius. Annuit Alcides, increpuitque lyra. *Domo*, id est, mansuetum facio. *E-domo*, perdomo, idein fere valent, & penultimam corripit, quàm corripunt etiam composita à *Tono*, quod valde sono aut tonitru facio significat. *Veto*, vetui, vetitum, est prohibeo. *Plico*, plicui, plicitum, & aliquando plicavi plicatum, id est, contraho, & rugas facio. *Plicatilis*, quod plicatur. *Applico*, penultima breui, significat adiungo. *Explico*, extendo, & declaro. *Implico*, inuoluo, innecto. *Nexo*, nexas, vel sæpius per tertiam, nexa, nexis, ligo, vel necto. Composita à frico habent penultimam correptam. *Affrico*, ad aliquid frico. *Confrico*, simul frico. *Perfrico*, totum frico. Plinius. Perfricui faciem, nec tamen profeci. Perfricare faciem aut frontem, est pudorem depnere. *Refrico*, rursus frico: vt refrico desiderium aut dolorem, id est, rursum acquirō, & quasi renouo: *Seco*, secui, sectum. Composita penultimam corripunt: vt *Defeco*, abscindo. *Difeco*, discindo, aut diuido. *Refeco*, amputo. *Neco*, necui, nectum, vel necavi necatum, id est, quacunque re occido. *Eneco* penultima correpta, id est, neco vel vexo. Terentius. Cur me enecas? *Mico* micui sine supino, id est, fulgeo, propriè cum motu vel tremore: vt *Ensis micat*, fulgur micat. Virg. Crebris micat ignibus æther. *Capitur* pro mouere. Virg. de equo. Stare loco nescit, micat auribus, ac tremit artus. Ouid. Corque timere micat. Composita penultimam corripunt: vt *Emico*, id est, effulgeo, emineo, appareo. *Dimico*, pugno.

## SECUNDA CONIUGATIO.

*Præteritum per ui facit es, per itumq; supinum.*

Verbum secundæ coniugationis facit præteritum à secunda persona præsentis temporis indicatiui modi, singularis numeri, mutando es in ui per diuisas syllabas, & supino facit itum: vt *Habeo* habui habitum, id est, possideo, & teneo. *Prohibeo* prohibui prohibitum, significat impedio, ne quid incipias. *Inhibeo* verò ne in re cœpta procedas. *Arcéo*, arcui arcitum, significat pellere, aut aduenire, non sino. Cicero Philip. II. A progressu arcuit. Arcitum supinum, nõ est in vsu, sed in vsu fuisse ostendunt composita: vt *Coërceo*, coërcui, coërcitum. Supinum etiam fuit arcitum. Vnde

nomen adhuc est *Arctus*, arctus, arctum, id est, strictus. Et frequentatiuum *Arcto*, id est, stringo, nam idem *Arceo*, aliquando significat. Composita mutant a in e: vt *Coerceo*, coercui, coercitum, id est, contineo, & cohibeo. *Abarceo*, repello. *Exerceo*, ago, & molesto, vel fatigo. Terentius. Manè ego te exercebo hodie, ut dignus es. Hinc exercitium, vel melius exercitatio, à frequentatiuo exercito. Pauca sunt exempla habentia supinum. Omnia verba secundæ coniugationis desinunt in eo, & mille alia præter hæc primæ, beo, creo, tereo, meo, calceo, laqueo, nauseo, enucleo: & duo quartæ, scilicet eo & queo.

*Dat doceo doctum, teneo tentum, pateoq;*

*Passum: sic mistum dat misceo, torreo tostum:*

*Censeo dat censum, careo cassum, caritumq;*

Verba hæc posita præterita secundum regulam formant, supina contra regulam: vt *Doceo*, docui, doctum, id est, doctrina imbuo. *Edoceo*, planè doceo. *Perdoceo*, perfectè doceo. *Dedoceo*, contrario modo doceo, docens alterum malè docuisse. *Teneo*, tenui, tentum. i. apprehendo, detineo. Composita mutant e in i: vt *Retineo* retinui retentum. Sic *detineo*, contineo. *Obtineo* i. acquirō. *Sustineo* sustinui sustentum: vnde *Sustento* sustentas. i. porto vel patior. *Abstineo*, significat tempero, & præter idem quod contineo. Terentius. Non manum abstinēs malignia? Supinum esset abstentum, quod non est in vsu Versus.

*Abstineo nullum video retinere supinum.*

*Pateo* patui passum, id est, apertus sum. Plautus. Ingredere tu, fores iam dudum patent. *Patescō*, aperior. *Pando* & *patior* etiam faciunt passum. *Misceo*, miscui, mistum, pers potiùs, quàm mixtum per x, si doctis & vetustati credimus, significat confundo & perturbo: vt *Misceo* aquam vino. *Admisceo*, ad aliquid misceo. *Commisceo*, permisceo. *Promisceo*, valdè misceo. *Torreo*, torrui, tostum, id est, vro, cremo, assō. *Censeo* censum, id est, iudico, vel existimo *Censor*, id est, iudex morum. *Censura*, id est, iudicium, castigatio. Iuuenalis. Dat veniam coruis, vexat censura columbas. *Succenseo*, irascor. Terent. Adolecenti nihil est quod succenleam. *Careo*, carui, caritum, secundum regulam, & contra regulam cassum, id est

701 DE VERB. PRAET. ET SUPIN.

est quod vaco, aut non habeo. Cicer. Carere debet omni vicio, qui in alterum paratus est dicere.

*Polleo praeterito caret, & vix nideo donat.*

Polleo caret praeterito, quod nideo vix habet. *Polleo*, id est, possum, valeo. Cato. Ingenio pollet, cui vim natura negavit. Cōposita sunt *Præpolleo*, præualeo. *Repolleo*, reualeo. *Acqui polleo*, æquiualet. *Nideo* & *Renideo*, i. splendo. Item *redoleo*: vnde *Nidor*, odorē significat rei exultæ, vel assatæ. *Virg.* Illi ingens barba reluxit. *Nidoremq;* ambusta dedit.

*Quod dat ut neutrum, timeoq; carento supinis.*

*Tolle valet, noceo, placeo, doleo, taceoq;*

*Paret, olet, careo, pateo, lateo, calet, & li.*

Verbum neutri generis, secundæ coniugationis, faciens praeteritum per ut diuisas syllabas, cum unico actiuo *Timeo*, caret supino: vt *Splendo*, *splendui*. Maxima pars verborum secundæ coniugationis, ad hanc regulam pertinet: & sciendum, quod quæcunque carent supinis, careant etiam omnibus à supinis formandis: vt sunt participia praeteriti temporis, & futuri in rus, & futurum infinitiui, & verbalia in io nota. Declarabo quædam huius farinae verba. *Splendo*, lumen præbeo. *Madeo*, humidus & madidus sum. *Permadeo*, totus mado: vt *Permadidus* sudore. *Studeo*, id est, operam feruentem impendo, teste *Diomede*, supino caret, licet quidam iam studitum habere velint. *Surdeo*, surdes, surdus, id est, surdus sum. *Surdesco*, surdus fio: *Sordeo*, sordidus & immundus sum & vilis. *Virgilius*. Sordent tibi munera nostra. *Candeo*, splendidus & candidus sum. *Excandeo* vel *Incandeo*, id est, valde candeo. Et capiuntur pro vehementer irasci. *Frendeo*, frendes, frendui, ex indignatione dentes concutio. *Frondeo*, frondes emitto. *Virgil.* Nunc frondent sylux, nunc formosissimus annus. *Egeo*, id est, eo quod oportet habere careo. *Indigeo*, idem. *Calleo*, gemino ll, est callidus sum, & optime intelligo. *Terentius*. Eius ingenium pulcrè calleo. *Occalleo*, idem. *Plinius*. Longa patientia occallui. *Palleo*, pallidus sum, non nihil albo. *Quidius*. Palleat omnis amans. *Expalleo*, valdè palleo. *Coaleo*, cohereo, concreresco. *Sileo*, sine sono sum. *Vileo*, vilis sum, parui æstimor. *Iaceo*, notum est, capitur pro contem-

nor

hor: vt Pauper vbique iacet. *Marceo*, id est, putreo, perco. Seneca, *Marcet sine aduersario virtus*. Hinc *Marcesco*, id est, marcidus ho. *TOLLERE* valet nocco, &c. Pauca neutra, quorum præterita per ui diuisas syllabas fiunt, supina retinent. *Valeo*, valui, valitum, id est, possum, validus & sanus sum. *Valiturus* dixit Cicero, teste Prisciano. *Nocoo*, nocui, nocitum, malum infero. Nunquam nocui tibi. *Placeo* placui, placitum, gratus & acceptus sum. *Perplaceo*, valde placeo. *Complaceo*, simul placeo. *Displaceo*, non placeo, hoc mutat a in i breuem. Seneca. Argumentum est recti, malis displicere. *Doleo*, dolui, dolitum, tristis sum. dolorem patior. *Taceo*, tacui, tacitum, non loquor. Cato. Proximus ille Deo, qui scit ratione tacere. Composita mutant a in i breuem: vt *Reticeo*, obticeo, conticeo: vnde conticesco. Virgilius. Conticuere omnes, intentique ora tenebant. *Lateo*, abscondor, non compareo. *Latet me*, id est, nescio. *Deliteo*, delitui, supinis caret. *Paroo* parui paritum, obedio. Seneca. Deo parere, libertas est. Etiam significat nosci. Virg. Cui pecudum fibre, cæli cui sidera parent. *Compareo*, *Appareo*, idem. *Dispareo*, euanesco, ex conspectu abeo. *Caloo* calui calitum, quia inde caliturus legitur, est calidus sum. Ouid. Calituras ignibus aras. *Oleo*, patebit: & licet cum liceo, & liceor: quæ omnia secundum analogiã in supino licitũ faciũt. *Dant di, sum, prandet, videt, & sedet: at geminabit Sessum. stridet stridi facit absq; supino.*

*Prandeo* dat prandi pransum, *video* vidi visum, *sedeo* sedi sessum, *geminoo* si, *strideo* stridi, absque supino. *Prandeo* facit etiam pransus sum, quia est neutro passiuum: vt gaudeo gauisum in supino, & gauisus sum in præterito. *Audeo* ausum ausus sum. *Mæreo* mæstus sum, de quibus in sequenti libro agemus. *Prandeo*, prandium sumo vel ante meridiem cibum sumo. Et ponitur simpliciter pro comedo. Horat. Si pranderet olus patienter, Regibus vti noller Aristippus. *Video*, notum est. Composita corripiunt i: vt *Prouideo*, ante video. *Provideo* in futurum paro. vt Satis mihi prouidi. *Invideo*, id est, lætor de alterius malo: & de bonis alterius doleo: & dicitur quasi non libenter video: vt *Invideo tibi sciẽtiam*, id est, doleo te scire. *Sedeo*, notum

est. Sedet animo, id est placet. Composita mutant e in i breuem omnia, praeter, *Supersedeo*, i. cesso, cum ablatiuo. Plau. *Supersede* istis rebus. *Obsideo*, circundo. Omnia in praeterito retinent e longum, vt *obsedi*, praesedi. *Strideo*, facio stridorem. i. sonum violentum. *Currus* non huius stridet. Dicitur etiam per tertiam *Strido*, stridis.

*Di* sum praeterito geminato *mordeo* donat,  
 Vt *pendet*, *spondet*, *tondet*. donat *veo* vi tum.

*Dic* *fautum*, *cautum*. *veo* neutra *caerent* *supinis*.

Quatuor verba dant di, & sum geminato principio praeteriti: vt *Mordeo*, *morde*, *morsum*: *pendeo*, *pependi*, *pensum*: *spondeo*, *spondendi* sine s, in secunda syllaba, *sponsum*: *tondeo*, *tonde*, *tonsum*. Composita non geminant principium praeteriti per regulam generalem prius dictam. *Remordeo* *remorde*, *respondeo* *responde*. *Mordeo*. i. *dentibus laedo*. Capitur pro *laedo*. *Terenti*. *Par pari refero*, quod eam *mordeat*. *Admordeo*, valde *mordeo*. *Demordeo*, *inorsu decerpo*. *Immordeo*, id est, *morsum infligo*. *Obmordeo*, *circummordeo*. *Pramordeo*, *antemordeo*. *Remordeo*, *crucio*, *sollicito*. *Remordeo* item. i. *iterum mordeo*, a quo *laesus* eram. *Pendeo*, id est, *suspensus sum*: vt *Toga pedit*. *Fur pendet*. Composita sunt *Appendeo*, *dependeo*, *impendeo*, *suspendeo*. *Spondeo*, id est, *promitto*. *Despondeo*, est in *matrimonium addico*. *Respondeo*, ad *interrogata sermonem reddo*. *Tondeo*, *crines* aut *lanam refeco*. *Detundo*, a *summo deorsum tondeo*. DONAT *veo*, vi, tum. Verbum desinens in *veo*, facit praeteritum in vi syllabam, quam *supinū* in tum mutat: vt *Moueo* *moui* *motum*, *foueo* *foui* *foium*, *voueo* *voui* *votum*. Duo irregulariter *supina* faciunt: vt *Faueo* *fau* *fautum*, *cauteo* *caui* *cautum*. Reliqua in *veo* ferè omnia *supina* non habent, quia neutra sunt: vt *Liueo* *liui*, *ferueo* *ferui*, pro quo & *ferbeo* *ferbui* dicitur. *Connueo* *connui* vel *connixi*, *supinum* *connictum* non est in vtu.

*Connuet* vi, xiq; dabit, nullumq; *supinum*.

*Connueo*, significat *oculos cludo*, metaphorice *dissimulo* me alicuius *scelera nouisse*. *Cic.* Quibusdam in rebus etiam *connueo*. *Moueo*, de loco in locum *muto*. *Terenti*. *Mouete* *oculus* *nutrix*. *Amoueo*. *Demoueo*, *Remoueo*, *Submoueo*, id est,



id est, aufero. *Foueo*, calefacio, lenio, nutrio. *Voueo*, religiose promitto. *Votum*, promissio, & desiderium: ut compos voti. *Deuoueo*, pio votum do: vel resigno. Composita à *Moueo*, *foueo*, *voueo*, corripunt ino, vo, fo, nisi in preteritis & inde formatis. *Faueo*, bene opto: ut suis quisque fauet. *Cauo* prouideo: ut Tuo capiti caueo. *Præcaueo*, præcaues, correpta ca syllaba diligenter prospicio, & præuideo. Terent. Hoc tempus præcauere mihi me monet. *Pauo* paui sine supino. i. timeo. *Flauo*, flatus sum. *Flauesco*, flauus fio. *Liuo*, liuidus sum. i. sordidus & niger, atque etiam inuidus. *Ferueo* vel *Ferbeo*, valde caleo. *Deserueo*, seruorè amitto, torpescio. *Efferueo*, nimio seruore effluo, ebullio.

Dant quoque vi, tum, flet, plet, delet, net, ciet: adde

Cum viet, ortum oleo: sed vult adoleuit adultum.

Do simplex oleo per ui magē nata per cui.

Sunt adhuc pauca secundæ coniugationis verba facientia præterita per vi syllabam, supinaverò per tum mutata vi in tum: ut, *Fleo* fleui fletum, id est, lacrymor, *Pleo* faceret pleui pletum, sed nō est vsitatum, nisi in compositis: ut *Impleo*, *Compleo*, *Repleo*, quæ Idem valent. Sic ab inusitato verbo leo est, quod idem valet, *Deleo*, deleui, deletum, quod propriè significat oblinendo obumbro & destruo. Horatius. Delere licebit. Quod non edideris: nescit vox missa reuerti. *Neo* neui netum, fila duco. Ouidius. Sic ledit, sic eulta fuit, sic flamina neuit. *Creo*, ciet cui citum, testibus Diomede & Phoca, significat moueo, prouoco.

Virgilius. Bella ciet, primaque vetant consistere, terra. Idem. Aere ciere viros, Martemque accendere cantu. Pro eodem dicitur per quartam. *Cio*, quod idem cum illo habet præteritum & supinum: nisi quod citum à cieo, priorem corripit, quod declarant composita frequentatiui cito: ut *Excito*, *oscito*, *conscito*, penultima breui: citum autem à cio priorem producit. *Vico* viuet viutum antiquum verbum est significans ligo, & inflecto. Vnde *Vietores* dicuntur, qui vasa religant, stipantque. Composita ab oleo sæpè habent eui etum: ut *Aboleo* aboleui aboletum. Suetonius Hoc decretum Vespasianus aboleuit. Habent quandoque ui itum: ut *Oboleo* obolui obolitum. Plautus. At te Iupiter.

Dijq; omnes perdant, oboluiti halium. Oleo nunc olui o-  
 tum habebit semper. Adoleo adoleui adulum. Oleo signi-  
 ficat odorē emitto: vt Oles cereuisiam oles hircum. Cōpo-  
 sita hanc significationem semper non sequuntur: vt *Aboleo*,  
 id est, deleo, extra consuetudinem duco, *Exoleo*, extra con-  
 suetudinem venio. *Inoleo*, inualeo, in vsum venio: vt nō pro-  
 banda res inoleuit. *Obsoleo*, sordeco vel exoleo. Tullius.  
 Obsoleuit iam ista ratio. *Adoleo*, cresco, Virgilius. Tu  
 fac mox cum adoleuerit xias, sis memor.

*Dant si, sum, suadet, ridet, manet, hæret, & ardet.*

*Et terget, mulcet, mulget, iubeo geminans ff.*

*Indulget si, tum, cum torquet sæpius optat.*

*Sorbeo, psi, tum dat, vel normam ritē reseruat.*

*Dans a per i maneo, minui facit absq; supino.*

*Sic vrget si vult, cum fulget turget, & alget.*

Quædam habent si sum: vt *Suadeo* suasi suasum, &c. *Iu-  
 beo* iussi iussum, *gemitio* ff vtrobique. At *indulgeo* indul-  
 ti indultum: torqueo torisi tortum sæpius. Aliquādo etiam  
 indultum, torsum, *Sorbeo* sorpsi sorptum, vel sorbui sorbi-  
 tum. Composita à *Maneo*, mutantia a in i breue, habent ui-  
 sine supino: vt *Emineo* eminui. Sic, id est sine supino, *vrget*  
 si vult. *Vrgeo* vrsi, cui coniunguntur *Fulgeo* fulsi, *iurgeo*  
 iursi, *algeo* alsi. *Suadeo*, id est, consulo. Ouidius. Nox, &  
 amor, vinumq; nihil moderabile suadent. *Rideo* risi ri-  
 sum, notæ significationis est. Ponitur aliquando pro deri-  
 deo, & cum significatione mutat genus faciens passivum  
*rideor*. Ouidius. *Ridear*, & meritò peccus habere neger.  
*Maseo* mansi mansum. Sic *permaneo* permansi perman-  
 sum: & quæcunque a nō mutant in i. *Manere* est aliquo in lo-  
 co insistere, aut inmorari. Prætereà expectare. Terentius.  
 Quem hic manes? Item instare. Ouidius. Fata manent om-  
 nes. In hoc ipso significato ponitur *Immineo*. Tull. Mors  
 propter incertos casus quotidie imminet. *Eminere*, est vi-  
 deri, & præ alijs apparere. Naso. Eminet ante oculos, quod  
 petis ecce iuos. *Hæreo*, hæsi hæsum, aenhanghen, ofi aen-  
 clenen. Terentius. Lingua hæret metu. Hinc hæsito hæsi-  
 tas, & capitur vtrunque pro dubito. Idem. *Hæreo* quid faciam.  
 Ardeo,

*Ardeo*, vr̄or, inflammor: vt Domus ardet. Horatius. Tum  
 tua res agitur, paries cūm proximus ardet. *Tergo* terges, vel  
*Tergo* tergis, terſi terſum, id eſt, mundo & nitidum facio. Iu  
 uenalis. Vaſa aſpera tergeat alter. *Mulceo*, & *mulgeo* habent  
 communia pr̄terita & ſupina, mulſi mulſum, vel vt iam di  
 cetur, mulxi mulctum. *Mulcere* ſignificat lenire, mitigare.  
 Hinc demulceo. Terentius. Non poſſum pati, quia tibi ca  
 pnt demulceam. *Mulgere* eſt lac e mammis exprimere. *Iu  
 beo*, iūpero. Virgilius. Infandum Regina iubet renouare  
 dolorem. Admodum inſulſe arbitr̄atur quidā iubere heio  
 poſitiuū pro rogare, immo & iniquiſſimē: nō enim tam im  
 memor decori potuit eſſe tantus Poēta, vt ſi rogatus a Dido  
 ne Regina eſſet Aeneas, faceret eum hoc loco, illud agnoſ  
 cere faſtu quodam. Ponitur pro precor, vel opto. Terētius.  
 Iubeo Chremetem ſaluere. *Indulgeo*, eſt nimium petitten  
 do obſequor. Terentius. Nimium filio indulges. *Torqueo*,  
 ſteſto, iacto, punio, in gyrum roto. Exemplum vltimi. Vir  
 gilius. Illum ter fluctus ibidem Torquet agens circum. *Sor  
 bere*, eſt deglutire molle quippiam. *Fulgeo*, id eſt, ſplēdeo,  
*Urgeo*, id eſt, premo, cogo, compello, feſtino. *Turgeo*, in  
 flor, tumeo. *Turgesco*, turgidus ſio. *Algeo*, id eſt, frigeo. Ho  
 ratius. Qui ſtudet opratam curſu cōtingere metam, Mul  
 ta tulit, fecitque puer, ſudauit & aſſit.

*Xi*, ctum dat mulcet, mulget, luget: velut auget.

*Xi* friget, lucet, conuiuet: at abſq; ſupino.

Hæc quatuor verba, *Mulceo*, *mulgeo*, *lugeo*, & *augeo*;  
 habent xi in pr̄terito, & ctum pr̄cedente c in ſupino.  
*Mulceo* & *mulgeo* ſatis patent. *Lugeo*, luxi, id eſt, doleo, &  
 triſtor, & valde fleo. *Augeo* auxi auctum, magis facio. Cice  
 ro. Natura non patitur, vt aliorum ſpolijs noſtras facultates  
 augeamus. Additur hiſ *Sugeo*, ſuxi, ſuctum: at inuenitur per  
 tertiam ſæpius *Sugo*, & eſt ſpiritu ſuccum attraho, vnde  
*Exugo* & *exugeo*. Tria verba faciunt xi in pr̄terito abſq;  
 ſupino. *Frigeo*, ſi xi: luceo luxi: conuiueo, conuixi, quod  
 etiam conuiui habet, vt dictum eſt. *Frigeo*, ſum frigidus,  
*Luceo*, in lucem emitto. *Alluceo*, ad aliquid luceo. In Pſal  
 mo. Alii xerunt fulgura eius orbi terræ *Colluceo*, ſimul lu  
 ceo. Virgilius. Mænia collucent ſtammis. *Eluceo*, emitto  
 lucem.

103 DE VERB. IRAET. ET SUPIN.  
lucem. Illuceo, lucem emitto. Perluceo, vel r in l verso pel-  
luceo, id est, tranlluceo. Plautus. Pellucet, quasi laterna  
Punica.

### TERTIA Coniugatio.

Vult xi, *ctumq;* cio. facit & iacit, iecit & actum.

Elicio per ui dat itum fratres magc xi, *ctum.*

Verbum tertiae coniugationis desinens in cio, dat xi in  
præterito, & *ctum* per c in supino: vt Aspicio aspexi aspe-  
*ctum.* Excipiuntur facio feci factū, iacio ieci iactum. Quo-  
rum composita quæ mutant a in i breue, faciunt supina in  
*ectum*, per regulam. A quoties mutatur in i, per e pono su-  
pina: vt Inficio infeci infectū, inijcio inieci iniectum. *Eli-*  
*cio*, magis habet elicui elicutum, quàm elixi electum, signi-  
ficat blandè & sensim educo. Reliqua eiusdem compositio-  
nis magis xi *ctum* faciūt: vt Pellicio pellexi pellectum. Te-  
rent. in Phormione. Is senem per epistolas pellexit, modo  
non monteis auri pollicens. Simplex Lacio inusitatum est, si-  
gnificabat in fraudem duco. Sic exoleuit Specto. i. video.  
Compositis vtitur, quæ sunt Despicio despexi despectum,  
respicio, inspicio, perspicio, &c. Mutant e simplicis in i bre-  
ue Facio quid propriè significet notum est. Olim passiuum  
habuit. *Facior*, pro quo nunc fio vtitur. Iacio iacis iacere,  
vvorpen. *Obijcio*, contra iaceo. Salust. Ea si tibi false obij-  
cio, refelle. *Reijcio*, seorsum iacio. Virgilius. Ex hume-  
ris reiecit amictum.

Dic fodi fossum gemino ss: fugi fugitumq;

Fodio facit fodi fossum gemino ss: fugio autè fugi fugi-  
tum. Fodio, terram eruo. Fugio, vito & currendo relinquo.  
Composita vtriusq; fo & fu syllabas corripit, exceptis præ-  
teritis & ab eis formatis. Dicimus enim penultimis breui-  
bus, effodit, refugit in præsentii. Et eisdem longis effodit, re-  
fugit in præterito. Nam fodi, fugi, præterita sunt dissyllaba.

Iui itumq; cupit, sapit u: vel ui dat, itumq;

Dic capio, cepi captum: rapio, rapui, ptum.

Cupio facit cupiui cupitum, sapio sapiui sapitum penult.  
Longa quia olim fuerunt quartæ coniugationis: Verùm sa-  
pio nunc sæpius quidem facit sapiui sapitum, penultima bre-  
ui. Capio

ui. *Capio*, cepi, captum: rapio, rapui, raptum. *Sapio* significat saporem habeo, aut sapientiam. *Cupido*, desidero. *Capio*, apprehendo, intelligo, continco, *Rapio*, violenter aufero. *Horum omnium prima syllaba corripitur in compositis: ut Percupio percupis. Reliquorum composita mutant a in i. Horatius. Misce stultitiam consilijs breuem. Dulce est desipere in loco. Martialis. Accipe quam primum, breuis est occasio lucri. Seneca. Nil eripit Fortuna, nisi quod dedit.*

*Dat pario pepereri, partum, paritum. quatioq;*

*Dat quassi quassum. cussi, cussum dabo proli.*

In *no* vnicum verbum. *Pario* dat pepereri partum, vel paritum. Hinc pariturus, illinc partus. In *no* simplex vnicum est. *Quatio* quassi quassum, prateritum quassi non est in usu, teste *Carisio*. Composita sunt *Concutio*, discutio, executio, percutio, &c. quae omnia breuiant secundam, & in prateritis cussi, & in supinis cussum habent. *Parere* proprie femininarum est, significat prolem producere: & metaphoricus *Terent. ait. Obsequium amicos, veritas odium parit. Quatio*, concutio, agito: ut *Quatio arborem.*

*Vult uo semper ui, dans utum, vult struo, xi ctum.*

*Datq; fluo xi, xum. pluo ui vel ui dat & utum*

*Vultq; ruo ruitum: dat utum proles ibi solum.*

*Nulla supina dabunt metuo, luo, congruo: sicut*

*Annuo cum socijs: cluo, respuo, & ingruo iunctis.*

Verba in *uo* per diuisas syllabas desinentia, faciunt in prateritis uel per diuisas syllabas, & in supino utum penultima longa: ut *Arguo*, arguit arguunt. i. accuso, & reprehendo: ut *Agruo* te furti. Item ostendo vel indico. *Virg. Degeneres animos timor arguit. Imbuo*, impleo, ac etiam perfundo. *Horatius. Quo semel est imbuta recens seruis odoribus Testa diu. A luo* composita huius coniugationis sunt, & in *luo* desinunt: ut *Diluo* dilui diluunt, qua vel alio quopiam humore purgo. Excipiuntur quaedam a regula. *Struo* facit struxi structum, id est, paro, aut facio aedificium. *Fluo* fluxi fluxum, proprium est liquorum fluentium: ut *Aqua* fluit, *Oleum* fluit. *Affluo*, ad aliquid fluo, vel abundo.

**bundo.** Ouidius. Affluit incautis desidiosus amor. **Pluſ** pluui, vel pluui, plutum raro legitur, nisi in tertia persona singularis, quia exemptæ actionis est. **Ruo**, rui, rutum, cado, aut cum impetu curro. Virgil. Quo morit ure ruis, maiora que viribus audes? Composita non itum sed utum volunt penult. breui: vt **Diruo**, dirui dirutum. i. demolior & destruo. Quædã sequuntur regulam in præteritis, sed carēt supinis: vt **Metuo**, id est, timeo. **Luo**, soluo. Virgilius. Post mihi nō simili pœna commissa luctis. Item **Congruo**, & annuo cum congenitis quæ sunt abnuo, renuo, &c. Quibus adduntur **Ingruo**, id est, inuado. **Cluo**, splendo, pugno: & **Respuo**, repudio, contemno. Spuo tamen & Nuo habent supina, quemadmodum fortè & Luo & Abnuo. Inueniuntur enim **Luiturus** & **Abnuiturus** participia. **Nuo**, significat caput moueo, aut capite indico aliquid. Hinc **Annuerē**, est assentiri. **Renuerē**, & **Abnuere**, negare.

**Bi, bo**, bitumq; facit. **scabo**, **lambo**, **carento** supinis.

Vt **cubo**, sic **proles**. dant **scribo**, **nubo**q; **psi**, **ptum**.

Verbum desinens in bo, facit bi in præterito, & bitum in supino: vt **Bibo** bibi **bibitū**. **Naso**. Sæpe hibi succos quamuis inuitus, amarus. **De glubo** deglubi deglubitum, excorio. **Suetonius**. Tiberij verbum est, Boni pastoris est tondere pecus, & non deglubere. **Srabo**. scabi, frico. **Lucili**. Scaberat vt porcus coutritis arbore costis. **Lambo** lambi, lingo. **Hieronymus** in libro **Iudicum** vsus est lambui. Supina scabitum, lambitum nō sunt in vsu. Composita à cubo incumbn, per tertiam desinūt, & adiecto in præteritis & supinis m, faciunt cubui cubitum, vt cubo: velut procumbo procubui procubitum. Patent hæc in prima coniugatione. **Scribo** scripsi scriptum, id est, litteras formo **Nubo** nupsi nuptum, viro trador. Composita à scribo, produciunt penultimam, & bibo corripiunt vbique.

In ui, tum, muta sco. pascō dat tibi pastum.

Agnosco, cognosco dabis per itum. nihil autem

Glisco dabit, velut inceptiua. poposcit habeto

Poscere. vult disco didici: compescit ūi dis.

Hæc per itum flectant. conquexi tolle supinum:

Verbum desinens in sco, mutat sco in uī syllabam & tum, ut Cresco creui cretū, oosco noui notum, suesco sucui sue tum. Excipiuntur à regula, pasco, cognosco, agnosco, quæ præterita regulariter formant pavi, cognoui, agnoui. Supina verò contra regulam pastum, cognitum, agnitum. Legimus tamen aliquando regulariter agnotum. Nosco, notum, in vsu habet. Videtur enim nosciturum aliquando habuisse vnde sunt nosciturus & ignosciturus participia. Glisco caret præterito & supino. Item præteritis & supinis carèt verba inceptiua, id est, inchoatiuæ formæ, saltim proprijs. Caplunt autem præterita à primitiuis: vt Caleasco, calui: tepesco tepui. Quorum significatio alia est, quādo his tribuntur, quā vbi dantur primitiuis: nam Calui à caleasco, significat calidus factus sum: Calui à caleo, idem est quod calidus fui. Vide Vallam. Præterea tollūtur, Posco poposci, disco didici, compesco compescui, dispesco dispescui quæ quatuor faciunt supina in itum, vt posciturū, disciturum, compesciturum, dispesciturum: sed sunt rarò in vsu. Conquinisco conquexi, sine supino dicimus. Cresco, id est, augeor. Iuuenalis. Crescit amor nummi, quātum ipsa pecunia crescit. Nosco, nō ignoro, considero: vt Delphicum oraculum est. Nosce teipsum. Agnosco, Cognosco, fermè significant idem; quod nosco. Quid. Fama celebrata per orbem Littera, cognosci quæ sibi quæque iubet. Ignosco, veniam do. Terentius. Pater obsecro vt mihi ignoscas. Suesco, id est, soleo. Cicero Metello. At te id, quod suesti peto, me absentem diligas, atque defendas. Desuesco, id est, consuetudinem perdo. Insuesco, valde suesco. Terentius in Adelphis. Qui mentiri, aut fallere insueuerit patrem, tātò magis audebit ceteros. Pasco. i. nutrio, vt pasce oueis meas. Pasco herbam, idem est quod edo herbā. Glisco. i. cresco. Poscere, est imperiose rogare. Reposco, repeto. Deposco, valde posco. Exposco, idem. Disco, capio doctrinam. Dedisco, negligo que didici. Plaut. Haud æquum facit, quæ quod didicit, dediscit. Edisco. i. memoriter discio. Addisco, bene discio. Compesco. i. coercere, cohibeo, demo. Iuue. Dignito compesce labellum. Dispesco. i. separo, dirimo. Plinius. Nilus Africam ab Aegypto dispescit. Conquinisco, caput inclino, Oequinisco, sine præterito & supino, idem est.

N moti ci, etum, vinco dat; dicoq; xi etum,

Vt duca

Vt *duco*, *parco*, *si*, *sum*q;: *pepercit itum*q;.

*Icere ci*, *etum vult. in di*, *sum*, *do bene vertes*.

*Vinco* facit *vici victum*, ablata u. littera: dico dixi *di*ctū, *duco* *luxi* *ductū*, *parco* *pari* *parsum*, vel *peperci* *parcitum*, *ico* *ici* *ictum*. De *parcitum*, qui aliqui negant *parco* *peperci* *supinum* habere. *Plinius* libro. 32. *Italix* *parcitū* est, *vetere* *interdicto* *patrum*. *Vinco*, *supero*. *Cicero*. Facile est *vincere* non *repugnantes*. *Cōvinco*, *Deuinco*, *Euinco*, *idem*. *Dico*, *splendide* *loquor*, *pronuncio* & *nominn*. *Duco*, *notū* est. *Seneca* *Fata* *volentem* *ducunt*, *nolentem* *trahunt*. *Capi* *tur* *pro* *iudicare*, & *existimare*. *Virg.* *Tanton'* *me* *crimine* *dignum* *Duxisti?* *Parco*, *significat* *abstineo*, & *ventā* *do*. *Ico*, *percutio*. *Plinius*. *Fulmine* *laurus* *sola* *non* *icitur*. *IN* *D* *I*, *sum*, *do* *bene* *vertes* *Do* *mutatur* *in* *di*, & *sum*: *vt* *Maudō* *mā* *di* *mansum*, *id* *est*, *comedo*, *vel* *dentibus* *conficio*. *Scando* *scandi* *scansum*. *Defendo*, *defendi* *defensum*. i. *protego*. *Incendo* *incendi* *incensum*, *id* *est*, *accēdo*. i. *ardere* *facio*. *Exce* *ptiones* *sequuntur*.

*Tolle* *cado*, *cecidī*, *casum*. *pandi*, *cape* *passum*.

*Edi* *sum*, *vel* *stum*. *dat* *pedo*, *pepedit*, *itum*q;.

*Cado* *cecidit* *habet*: *sic* *pendo* *pependit*. & *in* *sum*

*Fiet* *ut* *runq;*: *quibus* *par* *tendo* *est*, *dans* *quoq;* *tētunt*.

*Cado* *cecidī* *casum*, *pando* *pandi* *passum*. *Edo*, *pro* *comedo*, *edi* *esum* *vel* *estum*. *Pedo* *pepedi* *peditum*. *Cēdo* *cum* & *diphthongo*, *cæcidi* *secunda* *longa*, *cæsum*: *pendo* *pependi* *pensum*, *tendo* *tetendi* *tensum*, *vel* *tentum*. *Cado*, *id* *est*, *ruo*: *vt* *Cecidit* *in* *foueam* *quam* *fecit*. *Composita* *mutant* *a* *in* *i* *breue*: *vt* *Occido* *occidī* *occasum*, *id* *est*, *descendo*. *deorsum* *run*. *vt* *Sol* *occidit*: *Et* *morior*, *vt* *in* *Epitaphio* *Tullij*. *Ouidius*. *Occidit* *indignè* *manibus* *laceratus* *iniquis*. *Tullius*, *ah* *tumulo* *conditus* *exiguo*.

*Procido*, *ante* *aliquem* *cado*. *Recido*, *iterum* *cado*. *Excido* *Incido*, *Decido*, *fatis* *nota* *sunt*. *Contra* *producunt* *penultima* *composita* *verbi* *Cædo*. i. *seco*, *amputo*, *vel* *percutio*: *vt* *Circuncido*, *Recido*. i. *refeco* *Incido*, *inseco*, *Decido*. *deseco*. *Pando*, *aperio*, *vel* *spargo*. *Virgilius*. *Ecce* *trahebatur* *passis* *priameia* *virgo* *Crinibus*.

*Pedo*,



*Pedo*, ventris crepitum facio, supinum est peditum, licet non sit inultum frequens. *Pendo*, in sublimi figo, suspendo: ut *pendo* furem, vel iogan. *Tendo*, expando. Virgilius. Tendunt vela Noti. Horatius lib. Carm. tt. Ode x. Sperat infestis, metuit secundis Alteram sortem bene præparatum Pectus, informeis hiemes reducit Iupiter: idem submouet. non, si male nunc, & olim Sic erit. quondam cithara iacentem Suscitatur Musam, neque semper arcum Tendit Apollo.

Quod do componit, didit, atq; ditum dabit vsq;.

Dic tamen abscondi, quod itum poscit magis quam sum.

Sido præteritum nescit: rudo strido supinum.

Compositum tertie conjugationis à do, facit didi in præterito, & dium in supino: ut *Adlo* addidi additum, id est, iungo. *Edo*, id est, publico. Martialis. Cum tua non edas, carpis mea carmina Læli: Carpere vel uoli nostra, vel ede tua. *Trado*, in potestatem alterius transfero. *Dedo* idem est. Terentius. Tibi pater me dedo, quiduis oneris impone ac impera *Condo*, facio, struo: ut *Condo* carmen. *Condo* domum. Quandoque æquipollet tuis compositis *Recondo* & *Abscondo*. Plinius. Fornicæ condunt æstate fructus, quibus hieme fruuntur. *Abscondo* sine geminatione *abscondi* facit & *absconditum* melius quàm *absconsium*, teste Diomede. *Sido* præteritum oescit. *Sido* proprio præterito caret, ob id etiam supino, Proprietate significationis cognationem, præteritum à *sedeo* capere dicitur. Significat enim *fidere*, dimittere se, ut declarat Valla. Virgilius de auibus loquens. Sedibus optatis gemina super arbore sidunt. *Rudo* rudi: *strido* stridi, supina non agnoscunt. *Rudere*, est grauitate sonare, a finis competit proprie. Persius de irato iuene. Finditur, Arcadiæ pecuari rudere credas. *Strido*, idem est quod *Strideo*.

*Tundo* facit *tutudi* *tunsum*, composita q; *tusum*.

*Scindo*, *scidi*, *scissum* dat: *findo* *fidi* quoq; *fissum*:

Et *fundo*, *fusi*, *fusum* si *sum* dat o ludo,

*Diuido*, cum *vado*, *rado*, ceu *ledere* *trudo*,

Et *rodo*, *plaudo*, *claudo*, & *cedo* gemmans ff.

Tundo facit tutudi geminans principium praeteriti, in supino autem tunsū, in compositis ablata a littera, tūsum facit: vt Contundo contudi contusum. Immo & ipsū simplex quandoque tūsum inuenitur habere. Scindo scidi scissum, & findo fidi fissum, perdunt a tam in praeterito, quàm in supino vbi geminant ff. Fundo fudi fulsum nō geminat ff, sed perdit n tā in praeterito, quàm in supino. Tundo, id est, percutio, pulso, & in vase quippiam cōminuo. Contundo, simul tundo. Obtundo, heheto, nimis verbis molesto. Terentius. Ne me de hac re obtundas sapius. Scindere Teutonicè saijden. Abscindo, amputo. Excindo, destruo, vel ex aliquo scindo. Rescindo, iterum scindo, vel foluo: vt Rescindo pactum. Composita à scindo & findo in praeterito corripiunt penultimam: vt Dissindo diffidi diffissum. Findere, est dissecare. Hinc dicimus ligna fissilia, fissa. Fundo fundis, liquidū spargo: vt Fundo aquam. Fundo ollam, id est, ollam fundendo facio. Fusile, quod fundendo formatur: vt fusilis statua. Et s v m dato ludo. Decem verba mutant do in si, sum: vt Ludo lusi, lusum, &c. versibus comprehensa, inter quae cedo geminat ff vtrobiq;, vt cessi cessum. Ludo, ludum exerceo, & iocor. Plin. Ludere me putas, serio puto. Item decipio. Virgil. Multa malus simulans vana spe lusit amantem. Diuido, partior. Vado, eo. Rado, est cultro aut quauis re acuta decerpo: vt Rado barbam, rado ollam, rado terram. Corrado, summa diligentia colligo. Teren. Minas decem corrafi aliunde. Lado, dolore afficio, aut malum infero. Composita mutant æ diphthongum in i longum, vt Allido allisi allisum, ad aliquid lædo. Collido, fortiter concutio, vel occido. Illido, impellendo lædo, vel trudo. Trudo, manibus, pedibusque, aut alia re impello. Mola trusailis, quae manibus versatur. Extrudo, expello. Intrudo, vi induco. Detrudo, depello. Rodere, knaghen: vt Mus rodit caseū, Caper vitem, Canis ossa. Corrodo, contero. Erodo, dentibus effodio. Plaudo, concussis manib⁹ de re benè gesta gratulor. Applaudo, alicui plaudo. Claudo clausi clausum: vel vetustius Cludo clusi clusum. i. operiēdo munio. Composita magis à cludo videntur orta, quàm à claudo: vt Includo, excludo. Recludo. i. aperio. Secludo, seorsum claudo, vt sit solus. Concludo, simul claudo, & omnem exitum eripio. Cedo, sine diphthongo. i. abeo, & locum do

Naso. Cede repugnanti, cedendo victor abibis. Huic non ab simile illud Quinctiliani. Vbi necesse est vinci, expedit cedere. Etiam cedo significat in partem venio Ouid. Cessant nitidis habitanda piscibus undæ. *Succedo*, sequor, & in locum alterius venio: vt Petro successit Liuus. *Secedo*, seorsum eo. *Secessus*, secretus locus. Diomedes cum Carisio & Phoca dicunt. *Cudo* cusi vel cussi habere: sed desunt illis testinonia. Rectius itaque Prisc ait cudi culum, per regulam. In di, sum, do benè vertes, significat ferio, percutio. Sic *Excutit* præteritum est teste Seruio, apud Virg. I. Aeneid. Ac primum silicis scintillam excudit Achates, Suscepitque ignem folijs, id est, feriendo eiecit.

Go, vel guo, xi, & umq; facit. tamen ista supinis

N tollunt, pingo, stringo, cum fingere, ringo.

Tango facit tetigi tactum dat ago, egit, & actum.

Vult frango fregi fractum. pegi pepigiq;

Et panxi, pactum, pango. capiet lego, gi, & um,

At xi, & umq; dabunt intelligo, negligo, dili.

Dat pungo pupugi, punxi: punctum venit inde.

Verbum in go, vel in guo desinens, facit xi in præterito, & & um in supino, præcedente c vt *Affigo* afflixī afflictum, id est, crucio, vel molesto. *Configo*, pungn. *Infigo*, incutio. Plautus. Infixit mihi vulnus. Producent hæc penultimam, quorum simplex *Fligo* obsoleuit. *Rego* rexī rectum, gubernano. Composita mutant e in i breuem: vt *Arrigo*, id est, eleuo. Terentius. Arrige aureis Pamphile. *Corrigo*, id est, emendo. Terentius. Si quid peccatum est, arte corrigas. *Pergo* perrexī, surgo surre xi: quia, cum sint a rego, dictum est por rigo surrigo. *Pergo*, significat in re quauis procedo. Terent: Si pergis, abiero. *Surgo* notum est. *Assurgo*, honoris exhibendi gratia surgo. *Insurgo*, contra aliquem surgo ad resistendum: *Stingo* stinxi, stinctum, id est, deleo. Lucret. lib. II. Stinguq; colorem. obsoleuit. Composita in vsu sunt. *Instringuo*, inspuro. *Distinguo*, discerno. *Restinguo*, reprimo, cohibeo, deleo. *Extinguo*, id est, deleo, morte afficio: Horatius:

Vrit enim fulgore suo, qui prægrauat artēis

Infrase positas, extinctus amabitur idem. Tamen ista supinis. Excipiuntur à regula quædam, & primò quatuor, quæ rectè præteritum formantia in supinis perdunt n: vt *Pingo* pinxi, pinctum, id est, formam alicuius rei, ductis lineis, represento. *Stringo* strixi, strictum, i. premo, & arcto. Plinius. Apprehensamque manum strinxit. *Fingo* finxi fictum, simulo, excogito, formo. Salustius. Omneis homines, qui student sese præstare ceteris amantibus, summa ope niti decet, ne vitam silentio transigant, veluti pecora, quæ natura proma, atque ventri obedientia finxit. *Ringo* rinxi rictum vel ringor, os torqueo: vt canes latraturi faciunt. Item irascor, conuictor. Terentius. Ille ringitur, tu rides. Diomedes & Priscianus addunt *Mingo* minxi mictum, quod carminibus non inclusi. Mancinellus enim, pluresque alij censent Barbarum, aut certè obsoletum, quia doctissimus quisque meo dicit, cui assignauimus minxi mictum. Nec præterita nec supina iuxta regulam formant hæc. *Tango* tetigi tactum. *Ago* egi actum: notæ significationis verba. Ab hoc quia *Cogo* est, facit coëgi coactum, & significat compello: vt *Necessitas* me coëgit. Et in vnum ago. Virg. Tityre coge pecus. *Frango* fregi fractum, rumpo, destituo. *Pango* pepigi pegi panxi panctum in supino. At *Quintil.* ait pepigi esse ab antiquo verbo *Pago*, quod paciscor significat. *Pango*, figo, coniungo, conscribo. Cicero Tironi. An pangis aliquid Sophocleum? Fac opus appareat. *Lego* legi lectum. Sic omnia eius composita, exceptis tribus. *Intelligo*, intellexi, *negligo* neglexi, *diligio* dilexi. *Pungo* pupugi vel punxi punctum, id est, stimulo morsum vel aculeum infigo. Composita pleraque faciunt xi.

Dant si, sum, spargo, mergo, tergoq;: locabis

Per xi, xum, figo, frigoq;: carento supinis

Cum dego, satago, sugo, ceu lingit, & angit.

Vergo tenet neutrum, velut ambigit. ho dato xi, & tum.

Meo facit minxi mictum. caue dicere mingo.

Hæc tria verba, Spargo, mergo, tergo, faciunt si & sum: vt Sparsi sparsum, mersti merstum, tersti tersum. *Spargo*. i. latè projicio. Virg. Spargite marite nuces. Spargite humum folijs

lijs. *Mergo*. i. humori immitto: Græcè baptizo dicitur. *Ter-go*, id est, tergeo. *Detergo* idem significat. Duo habent xi in præterito, & xum in supino. scilicet *Figo* fixi fixum, & *fri-go* frixi frictum. *Figo*, id est, firmum facio, & acumine perforo. Hieronymus. Cerne manus ludææ, quas fixeras. Cerne latus Romane, quod foderas. *Fri-go*. i. torreo propriè in sartagine. *Frixorium*, idem est quod sartago. Hieronymus in *Isaia*. Confixa sunt ossa mea tanquam in frixorio. Quædã verba in go terminata aut raro, aut nunquam habent supina: vt *De-go*, & *fatago*, ab ago composita: *Sugo* suxi, notæ significationis. *Lingo*, linxi, id est, lambo. Plautus. Mel mihi videtur lingere. *An-go* anxi, id est, crucio, premo, vexo. *Ver-go* versi versum, de buit habere, sed neutrum est in vsu. *Ver-go* significat declino, aut potiùs tendo. Cicer. Perspice quo ista vergant, mihi que rescribe. Vtroque caret etiam. *Ambi-go*, quod propriè circumago significat. Frequenter etiam dubito. Terent. Heaut. Simus, & Crito, vicini nostri heic ambigunt de finibus, Me cepere arbitrum. *De-go*, propriè aufero significat Plaut. Istum laborem soror degam, & diminuã tibi. Item transigo: vt Scipio degit vitam Literni. *Satago*, sollicitè ago, seu laboro. H O D A T O x i, ctum. Duo sunt verba in ho, & faciunt xi in præterito, & ctum præcedente e in supino: vt *Traho* traxi tractum, velio vaxi vectum. *Traho*, vi ad me rapio, hinc *Trahea* & *Traha*, vehiculum sine rotis. *Contraho*, in vnum traho, vel colligo. Horat. Contrahas vento nimium secundo Turgida vela. *Vehere*, significat plaustrum, aut quadrupede deportare. Plurima sunt hinc composita, inter que *Eueho* & *Proueho* sæpè idem valent, quod extollo & promoueo. Virgilius. Pauci quos æquus amauit. Iupiter, aut ardens exiit ad æthera virtus. Lilius. Ad summos honores, alios scientia iuris, alios eloquentia, alios gloria militaris prouexit. In io per i consonantem vnicum est verbum *Meio*, pro quo mendosè passim inueniri mingo, testatur *Nebriffensis*, cum doctissimis quibusdam: facit autem minxi mixtum, significatque vrinam reddo. *Peisus*. Pueri, sacer est locus, extra meite.

*Lo dat ui. colo, consulo, & oculo dantur in ultum.*

*Altum dic vel itum, molitum molo, celloq; celsum.*

*Cello* facit *ceculi, culsum*: *pepuli* dato *pulsium*.

*Velli, vel vulsi* dat *vulsium*. *fallo* *fefelli*,

*Fa'sum* sublatum dat *tollo, sustulit* atq;

*Sallo* facit *salli falsum*. *psallo* dato *psalli*.

*Nulla supina dabunt psallo, volo: iungito prolem.*

Verbum desinens in *lo*: facit praeteritum in *lui*: vt *Colo, colui: alo alui: consulo, consului: oculo, ocului: cello cellui: molo, molui*. Inter haec *Colo, consulo, & oculo*, faciunt supinum in ultum: vt *culum, consulum, occultum*. *Aleo* dat alium vel alium: *molo* solum motum: vnde nomen *molitor*: *cello* sine diphthongo *culsum* facit: vnde nomina *celsum, & excelsus*: *callo* cum *æ* diphthongo, *ceculi culsum* facit: *pello* facit *pepuli, pulsium: vello velli, vel vulsi, vulsium: Fallo* facit *fefelli, falsum*: *tollo* *sustuli, sublatum*, à composito suo *sustollo*: olim fecit *tetuli*: *Sallo* facit *salli, falsum: psallo psalli, supino* caret, vt *volo volui*. *Colo*, inter cetera *adoro, & venero* significat. *Macrob. Vectius* cum monumentum patris exarasset, ait *August. hoc est verè monumentum patris colere*. *Consulo* cum datiuo, est consilium do: vt *Senes iunioribus consulunt* Et *provideo*: vt *Malè consulisti famæ tuæ*. *Consulo* cum accusatiuo, peto consilium: vt *Si conscientia urgeat, sacerdotem consulito*. *Oculo*, abscondo. *Occulto*, idem. *Alo*, id est, nutrio & augeo, vbi de incorporeis loquimur: vt *Honos alit arteis*. *Molo*, mola tero, vel comminuo. *Cello* sine diphthongo, id est, cedo, iam obsoleuit. Composita in vsu sunt, *excello, antecello. Precello*, id est, praecedo, & supero. Dicimus quoque per secundam *excelleo*. *Cello* cum *æ* diphthongo, id est, cædo, vel frango, extra compositionem iam non vtimur. Composita *Percello & Procello* significant percussio, euersio. Hinc *Procella*, id est, vis venti cum pluuia, nec durans, & in mari potius, quam in terra. *Pello*, reijcio, remoueo. *Boëthius* primo de consol. Philosoph. *Gaudia pelle, Pelle timorem, Spemq; fugato, Nec dolor adsit, Nubila mens est, Vincatq; frenis, Hac vbi regnât. Vello*, i. carpo, extirpo. *Fallo*, decipio. *Terentius*. *Elio, quæso, laudas eos, qui heros fallunt? Res fallit me, i. nescio. Latet me. Horat. Nec vixit malè, qui natus*

Inoriens que fecellit. Tollo præter alia significat in altum leuo, & sum moueo, vel eneco. Vtrunque significatum perspicitur ex illo in Neronem disticho.

Quis negat Aenææ magna de stirpe Neronem?

sustulit hic matrem, sustulit ille patrem.

*Sallo*, sale condio, vel conspergo. *Salsus*, sale conspersus & qui salibus, & scommatibus hominem aspergere nouit, ut apud Horatium. *Salsus* homo. *Insulsus*, nõ salus, & ineptus. *Psallo*, præcedente p cano, & propriè instrumento musico. *Salustius*. *Psallere*, & cantare doctius, quam probæ mulieri satis est.

Mo per ui, dat itum. tremo ponitur absq; supino.

Dant si, tum, demio, promo, cū sumere, como.

Vult emit emi, emtum geminans ss. dat premo, si, ssum.

Verbum desinens in mo, facit ui per diuisas syllabas, & itum: ut *Vomo* vomui vomitum, id est, per os eicio. *Fremo* fremui fremitum, grauiter & confusè sono. *Tremo* tremui caret supino, commoueor, agito significat. Quatuor in mo habent si, tum: ut *demo* demsi demtum, *promio* promisi promptum, *sumo* sumsi sumtum, *como* comisi comtum. *Demo*, id est, aufero. *Horatius*. *Deme* supercilio nubem. *Promo*, id est, profero, eloquor, expono. *Plautus*. Prõsisti tu illi vinum? non promisi. *Sumo*, accipio, & arroganter tribuo. *Cicero*. *Quamquam* non mihi tantum sumo Iudices, atque arrogo. *Como*, id est, comas, & maximè capillos. *Comtus*, ornatus. *Incomtus*, inornatus. *Emo* emi emtum, mereor: ut emi librum composita mutant a in i breuem: ut *Redimo* redemi redemptum, id est, rursus emo, vel libero. *Adimo*, aufero. *Ouidius*. Nam vires adimit Veneris damnosa voluptas. *Premo*, pressi pressum utrobique gemino ss, calco, vel innitor alicui rei cum pondere. Composita mutant e in i breue, ut *Exprimo*, premento extrudo. Et etiam eloquor. *Plinius*. *Expressimere* non possum, quanto gaudio sum affectus. *Ponere*, cum gigno per ui, per itumq; locabo. *Dico* cano cecini cantum. per iui fit & entum *Proles*. dat temno si tum. sed vi vertimus in tum *Præteritis* sui, spreui, strauit, quoq; creui.

Scaurus  
& Vi-  
Stormus  
demi  
depu,  
promisi  
preptio  
sumsi  
sumptu,  
& simi-  
lia sine  
p. esse  
scribenda  
docent.  
Nam p-  
charac-  
teristica  
litera  
non est.  
& præ-  
ter natu-  
ram vi-  
tiose in-  
terponi-  
tur.

*Lini, vel leui, liuidi, litumq; supinum est.*

Verba in no pauca sunt, nec datur haec regula, sed ponuntur singula. Pono & gigno habent ūi per diuisas syllabas, & itum: vt Pono posui positum: gigno genui gentium: cano cecini cantum Composita mutant a i in i breuem, & faciunt ūi per diuisas syllabas, & entum: vt Praecino praecinui praecentum. Habuerunt quoq; cōposita regulariter praeterita: vt Praecino praecini. Temno tenſi temium. Quinque in no verba faciunt praeterita in vi syllabam, quam in tum mutando faciunt lupina: vt Sino liui litum, sperno spreui spreum, sterno strauī stratū: cerno creui cretum: lino liui litum, item leui vel lini in praeterito. Pono. i. colloco, cōstituo, & depono: vt Pone metum. Gigno, genero significat, de viro & femina dicitur. Trāsfertur etiam saepe ad alia Horat. Ludus enim genuit trepidum certamen & Itam. Ira tuces iniunctas, & funebre bellum. Canere notum est. Virg. Nō canimus surdis. Temno. i. sperno. Virg. Discite iustitiam moniti & non temnere Diuos. Donatus vult temno per Aphærelin dici pro principali, contemno contemsi contentum. Sino permitto. Sperno, despicio, contemno. Sterno, in teram deicio Praeteritum & supinum verbi cerno extra compositionem rarerer leguntur. significat autem video. Plaut. In Cristellaria. Cū ego te amauī mea Antiphila, & meam amicam esse creui. *Linere*, est aliquid superinducere: vt Lino faciem carbone. Penultima huius verbi in praesenti & supino corrigitur. Dicimus & *Lino* per quartam.

*Po, psi, ptumq; facit. rupi ruptum dabo rumpo.*

*Donat ūi per itum strepo, cū crepo. dat coquo xi, cū.*

*Vult linquo liqui: lectum natis datis apte.*

Verbum desinēs in po, facit psi & ptum praecedente p: vt Repo repsi repium. Sic carpo, serpo, clepo, sculpo, scalpo. At rumpo demta m facit rupi ruptum. Strepo & crepo, quod saepius primæ coniugationis est, faciunt ūi in praeterito, & itum in supino. Repo & Serpo, animalium sunt ventre gradientium: vt sunt lumbrici, serpentes, &c. Repunt etiam, quibus minimi pedes sunt. Composita eius penultimā prodeunt: vt *Adrepo*, vel *Arrepo*, ad aliquid repo. *Irrepo*, id est, intro vel latenter repo. *Obrepo*, clam venio. Senectus obrepit ho-



sepit homini. Somnus obrepit oculis. Cicero filius de Cratippo. Exoro vt mecum quam sapissime cenet: hac introducta consuetudine sæpe inscientibus nobis & cenantibus obrepit, sublataque seueritate Philosophiæ humanitati me nobiscum vocatur. *Carpere*, plucken Virg. Carpent tua poma nepotes. *Clepo*, significat furor. Lilius. Si quis clepsit, ne populo scelus esto, ne ue cui cleptum erit. *Sculpo* psumptum, est cadendo, & excauando imaginem aliquam efficio. Ponit hoc verbum Phocas, Diomedes negat simplex sculpo reperiri: dicit enim. Calco facit inculco non in calco: sculpo inculpo quare gemma sculpta dicendum est, non sculpta. Id si verum est, innumeri libri mendosi eunt, in quibus legimus sculptor & sculptile *Rumpo*, vt quadam frango. *Rumpo* vocem aut silentium, id est, loquor. *Strepo*, sonum facio. *Perstrepo*, valde strepo. *Instrepo*, in aliquo strepo. Apes instrepunt floribus. *Obstrepo*, contra strepo. *Interstrepo*, inter, aliquid strepo: coripiunt omnia penultimã. DAT coquo, xi, cum. Duo sunt in quo, coquo, coxi, coctum, Lingo liqui hictumque supino in simplici vix vtemur, sed bene in natis. i. compositis: vt Relingo reliqui relictum. *Coquo*, apud ignem esui aut potui apto. Coquo cereuisiam, non braxo Lingo, significat dimitto. Relingo idem: vt Cordato viro sunt relinquendæ nuces.

Ro, ui, tumq; dabit. gessi, gero vult quoq; gestum.

Vro, vsi, ac vsium. verro, xi, si, dato versum.

Curro cucurrit habet cursum. dat iiii sero uatum,

Atq; ertum: dat & cuit, itum, sub duplici sensu.

Verbum desinens in ro, facit in præterito vt syllabam, in supino tum: vt Tero triui tritum. Quero quesui quesitum, quod per syncopam etiam quæstum facit. Vnde Quæstus, quæstior. Excipiuntur. Gero, gessi, gestum: vro, vsi, vsium: verro, verri, vel verri, versum curro, cucurri, cursum. Sero, iuxta regulam facit serui, & in supino e in a murato satum, significat semino, aut planto: quam significationem si composita sequuntur, habebunt cui in præteritis, & itum penultima breui in supinis. Sin recedunt à simplicis significatione, recedunt etiam à simplicis præteriti, supiniq; forma, faciuntq; tui estum: vt Afferro, significat propè sero, vel planto.

to, habet asseui asstitutum. Assero autem, pro asfirmo, asserui asserutum. Sic *Differo*, pro disputo, vel narro, differui differutum, vnicof in supino. Sic sero olim habuit serui sertum. *Tero*, significat comminuo, tondo, confunio. *Quero* quæsiui quæsitū, cum s in præterito & supino, inuestigo. vt *Quæro* fratrem. Et interrogo: vt *Quæro* ex te, vel à te. Magister quæsiuit de te, id est, quod vulgo dicitur post te. Composita mutant æ diphthongum in i longum: vt *Acquiro Conquiro*, id est, quærendo iouento, uanciscor, adipiscor. *Gero*, id est porto. *Gerulus*, portator, & gestator. *Gero*, quoq; est re-  
go: vt *Petrus* se bene gerit: Composita corripiunt penultimam: vt *Aggero*, apporto, congero. Hinc *agger*, *Aggero*, *aggeras* primæ, id est, augeo. *Vro*, id est, ardore, aut frigore, nonnunquam etiam alia vi lædo. *Vro* hominem, id est, dolore afficio. Composita penultimam produciunt: vt *Aduro*, aduisti, adustum: et *Comburo*, id est, vro, ardere facio. *Amburo*, ex omni parte vro. *Verro*, id est, rado, mundo. *Iuuenalis*. *Verre* pauimentum, nitidas ostende columnas. *Curro*, accurro, excurro, incurro, præcurro, facile patent. *Occurro*, id est, obuio & resisto. *Succurro*, id est, auxiliior, & in mentem venio. *Tullius*. Vt enim quidq; succurrit: libet scribere. *Fero*, tuli, latum, à tulo obsoleto verbo, hoc in sequenti libro patebit. *Furo*. i. insanio cuius prima positio in vsu nõ est, præterito supinoq; apud vereres caret. Vnde nota, si alicubi præteritum delit, capi illud à synonymo: vt *Furo*, insanio, ni ab insanio: aio, dixi à dico: sic scabo, frictum à frico.

*So*, vi, tumq; facit: si, sumq; faceffo, capeffo,  
Cum viso. pinso dat pinsuit, indeq; pistum.

Verbum desinens in so, facit sui & situm: vt *Laceffo*, lacessui, lacessitum penultima lōga, id est, vexo, & incito, aut prouoco. *Virgilius*. Efficiam posthac ne quenquam voce lacessas. Potest etiam in præterito habere lacessi: vt multi dicunt. *Arcesco*, arcessui arcessitum, id est, accuso, telle *Dionede*: nam accusare, inquit, à maleficijs est arcere. *Accerfo*, accersui itum, id est, eo ad vocandum, vel voco: *Horatius*. Si melius quid habet accersere, vel imperium fer.

*Vide*  
*Prisc.* Terentius. Obstericem accerso, hoc venit vel accio accis.  
*lib. 1.* Tria verba in so, faciunt si, sum. *Faceffo*, facessi, id est, facio,  
vel co

vel eo ad faciendum. *Vilo*, *viti*, *restibus* *Diomede*, & *Carisio*, in *supino* *visum*, licet sint qui dicant *supino* *carere*. *Viso*, eo ad videndum. *Piso*, *pisui* *pistum*, id est, *iundo*, nam veteres *visu* *molarum* *caentes* *frumenta* *pistillis* *terebant*. Nunc *pisso* *capimus*, pro *panem* *facio*. *Supina* *etiam* *sunt* *pinlitum* & *pinsum*, licet non *frequentia*. De *quaso* dicitur *libro* *sequenti*.

*Xi*, *xum*, *dant* *plecto*, *cum* *flecto*, *nectere*, *pecto*:

*Hecq;* *xui* *duo* *dant*. *iui* *peto* *donat* *Etium*.

Verba in *to* pauca sunt, ideo non datur generalis regula: singula enumerantur, & primo *Plecto* facit *plexi*, *plexum*: & *flecto*, *flecti*, *flexum*: *necto*, *nexi*, vel *nexui* *nexum*: *pecto* *pexi*, vel *pexui*, *pexum*: *peto*, *petui*, *petitum*. *Plecto*, id est, *percutio*, vel *punio*. *Horatius*. *Quidquid* *delicant* *Reges*, *plectuntur* *Achini*. *Interdum* *plecto* *idem* *est* *quod* *Flecto*: hoc autem significat *inclinio*, vel *curuo*. *Necto*. i. *ligo*. *Nexibus*. i. *nexus*, *ligatus*. *Pecto*, *capillos* *orno*, vel *simpliciter* *orno*. *Pexus*. i. *ornatus*, *pulcher*, *cultus*, *elegans*. *Horatius*. *Rides* *si* *fortè* *subacula* *pexæ* *Trita* *subest* *tunicæ*. *Peto*, id est, *cupio*, *oro*: vt *Peto* *à* *te* *pecuniam*. *Peto* *te* *lapide*, id est, *inuado*, *persequor*.

*Mitto* *facit* *missi*, *missum*, s. *geminando* *supino*.

*Sq;* *meto* *geminans* *fuit*, & *sum*: *vertoq;* *verti*,

*Et* *versum*. *sterto* *dat* *stertuit*, *absq;* *supino*.

*Mitto* *dat* *missi*, *missum* *geminò* *si* *in* *supino*. *Meto* *facit* *messui*, *messum* *geminò* *utrobique* *si*. *Verto* *dat* *verti*, *versum*. *Sterto* *stertui*, *sine* *supino*. *Mitto* *quid* *proprie* *sit*, *notum* *est*. *Significat* *etiam* *omitto* *vel* *depono*. *Horatius*. *Mitte* *leueis* *spes*, & *certamina* *dimitiarum*. *Plurima* *hinc* *sunt* *composita*: vt *Omitto*, id est, *relinquo*, *cesso*. *Demitto*, *notæ* *significationis*, & c. De *priore*. *Horatius*. *Quem* *sua* *culpa* *premit*, *deceptus* *omute* *tueri*. De *altero*. *Idem*.

*Demitto* *auriculas*, vt *iniquæ* *sortis* *afellus*. *Meto*, *segetem* *vel* *herbam* *seco*, *amputo*. *Demeto* *penultima* *bremi*, *deseco*. *Virgilius*. *Demitit* *ense* *caput*. *Verto*, id est, *muto*, vel *voluo*. *Hinc* *frequentiuum* *Verso*. i. *continuo*, vel *multum* *verto*: vt *Eguus* *versat* *molam*. *Quid* *versas* *ani*

mo? id

mo? id est, quid cogitas? *Sterto*, sonum altum dormiēs emittō, vel dormio. Terentius. Homo fatuus est, insulsus, tardus, stertit noctes, & dies.

*Neutrum sisto nihil dabit: actiuum stitit edet:*

*Deinde statum format. nobis est Gellius auctor.*

*Sisto* neutri generis significans sto, caret proprio praeterito, atq; supino: potest tamen sumere vtrunq; à sto, sisto sto et statum: & composita à sisto capient vtrunque à compositis à sto: quia eandem cum eis significationem habent: vt *Consisto* constiti constitutum: sic *resisto*, *obsis*to, *assis*to, *circūsis*to, *persis*to, *desis*to, &c. *sisto* actiuum habet stiti in Praeterito, ex sententia Gellij, & statum in supino, teste Val. la. In actiuo genere nulla gignit composita, & significat stare facio: vt *Siste lacrymas*. Virgilius. *Siste gradum*, teque aspectu ne subtrahere nostro. Item significat etiam in praesentiam alicuius adduco. Virgilius. *Annam, cara mihi nutrix, huc siste sororem*.

*Dat viuo xi, & tum. soluo vi format, & utum:*

*Vt voluo. calui, caluo facit absq; supino.*

Quatuor sunt verba in vo syllabam desinentia, quorum viuo facit vixi, vi&um: *soluo* solui, solutū: *voluo* volui, volutum: *caluo* calui, sine supino. *Viuo*, id est, vitam ago. *Persis*us. *Viue* memor lethi, fugit hora. *Soluo*, quod ligatum erat libero, & enodo. Translatiōe, debitum reddo. Terentius in *Adelphis*. Neque tu verbis vnquam solues, quod mihi remalefeceris. *Voluere*, est vertere, seu potius versare. Terent. Satis diu iam hoc saxum voluo. *Deuoluo*, deorsum voluo. *Conuoluo*, simul voluo. *Caluo*, id est, decipio, frustror. *Passiuum caluo*r. *Caluo*, as, primæ. t. calluum facio. *Caluo*, caluus sum. *Caluesco*, fio caluus.

*Nexo, xui, xum vult. Texo xuit, indeq; textum.*

In xo tertiæ verba duo sunt. *Nexo* nexui nexum. *Andronicus* per primam nexabat dixit, teste *Priscia*. *Texo* texui textum, id est, telam struo. Terentius *Heautontimorumenos*: *Textentem* telam studiose ipsam offendimus. Ponitur etiam pro cōponere, facere, fabricare, scribere, colligere. *Attexo*, appono, ad aliquid texo. *Cōtexo*, compono, coniungo. *Detexo*, textum destruo vel dissoluo. Aliquando significat valde tegeo.

Metego. Retexo, iterum texo & reformo: vt Penelopes telam retexere.

## Q V A R T A Coniugatio

*Iui quarta facit . vi semper vertitur in tum.*

Verbum quartæ coniugationis facit in præterito iui, & in supino itum penultima longa: vt Audio, audiui, auditum: Scio, sciui, scitum. Sic Crocio, vocifero, vt coruus. Glacio, sono, vt gallina quando incubat ouis. Cucurio penultima longa, sono vt gallus. Lasciuio, petulans sum. Soppio, dormire facio. Garrio, multa & inepta loquor. Aues garrunt, id est, cantillant. Habentitum penultima breui, eo & queo, cum compositis: vt Redeo reditum: nequeo nequitum. Ambio, circum: itē ambitionibus appeto. Ambitus tamē participiē producit penultimā, quā corripit. Ambitus nomē. i. ambitio. De participio. Ouid. iussit & ambitē circūdare litora terræ. De nomine Lucan⁹. Ambit⁹, & luxus, & epū metuēda facultas. Eo notæ significationis est. Queo, possū. Nequeo, nō possū.

*Singultit vult singultum, sepelire sepultum.*

*Veneo dat venum . veni ventum venio vult:*

Excipiuntur à regula quadam. Primò, tria secundum regulam facientia præteritum, & contra regulam supinum. vt Singultui singultum, sepelio sepeliui sepulium, veneo veniui vel venij venum: at venio facit veni ventum. Singultio, grauius iussio, & singultū emissio, vt faciunt fessi & in frigidati. Hinc Singultim aduerbiū. i. singultiendo. Horat. Vt veni corā singultim pauca locutus. Sepelio, defunctum condo. Veneo, id est, vendor, quasi venū eo. Supinum multi Grammatici dicunt esse venum à quo tamen nullum formatur participium. Venio, notum est. Composita corripunt syllabam ve in præteriti, sed in præterito produciunt: vt Aduenio, ad aliquem venio: hinc aduentus. Aduento aduentas, veniendo propinquo.

*Pone amicit per ui, per etum. dat vincio xi, etum.*

*Sancio iungatur, quod & iui format, & itum.*

Amicio facit amicui amictum, teste Diomede. Brutus in laudatione Appij Claudij: Toga prætexta amicit. Acius etiam amixit protulit. Inuentum est quoq; amicui, vt audiui, & si,

ui, & significat vellio. *Vincio*, *vinxi*, *vincitum*: sancio *saxi* sanctum: aliquando etiam sancium sancitum. *Vincio*, id est, ligo. *Devincio*, obligo, vel coniungo. Cice. Sanguinis coniunctio devincit homines caritate. *Sancio*, sollemniter firmo, & corrobore, etiam effuso sanguine. *Lucanus*. Romanas sancire volunt hoc sanguine leges.

*Haurit*, *si*, *stum*, *dat*, *psi*, *ptum* *dat* *seprio* *salum*,  
*Et salui*, *salio*, *proles* *formantur* *in ultum*.

*Dat* *psi*, *psum* *cambit*. *legi* *hæc* *quândoq;* *per iui*.

*Haurio* *hauri* *haurum*, vel sine *r* *haurum*, id est, humores excipio, extraho. *Septio* *septi* *septum*, id est, obstruo, circumdo. *Salio*, *salui*, *salum*. *Ovidius* primo *Fastorum*. Per flamas saluisse pecus saluisse colonos. *Cambio*, *psi*, *psum* *i*. pecuniam muto. *Bebelius* censet *Barbarum* hoc verbum esse. Invenitur autè & *iui* habere: vt *cambiui*, *cambitum*. Sic & alia tria nunc dicta: vt *Haurio* *hauriui*, *hauritum*: *septio*, *iui*, *itum*: *salio*, *salui*, non tamen *salitum*.

*Sentio* *si*, *sum* *vult*, vt *raucio*. *fulcio*, *si*, *tum*,

*Et farsit*, *farsit*. *per iui* *mutatur*, & *ertum*,

*Et pario* *natum*. *ri* *comperit*, & *reperit* *vult*.

*Sentio* *sen* *si* *sum*: *raucio* *raui* *rauum*. Tria faciunt *stum*: vt *Fulcio* *fulsi* *fulsum*. *Ovidius*. *Hercule* *supposito* *sidera* *fulsit* *Atlas*. *Phocas* *dicit* *habere* *fulxi*. *Sarcio*, *farsi*, *fartum*: *farcio*, *farsi* *fartum*. *Composita* à *pario* *que* *mutaverunt* *a* *ia* *e* *breuem*, *faciunt* *iii* *per* *divisas* *syllabas*, & *ertum*: vt *Aperio*, *aperui*, *apertum*. *At* *duo* *habent* *ri* & *ertum*: vt *Comperio*, *comperi* *compertum*: *reperio*, *reperi*, vel *repperi*, *reperitum*. *Sentio*, aliquando *sen* *si* *sum* percipio. *Raucio*, id est, *raucus* *sum*. *Dicitur* & *Rauco*: vnde *Raucesco*. *Fulcio*, id est, *sustineo*, *munio*, *fortifico*. *Sarcio* *integrum* *facio*. *Farcio*, id est, *sauro*, vel *repleo*, *lagino*, *pingue* *facio*. *Aperio*, *refero*: olim etiam *aperiui*, vt *audiui*, teste *Phoca*. *Comperio*, id est, *invenio* *Reperio*, *casu* *invenio*. *Ovidius*. *Tu* *non* *inventa*, *repetta* *es*. *Ponitur* *etiam* *simpliciter* *pro* *invenio*.

*Aio* *preterito* *caret*, & *meditantia* *verba*.

*Parturio*, *esurio*, *cum* *nupturio* *volo* *tolli*.

*Aio*, id est, *dico*, *caret* *preterito*, *testibus* *Grammaticis*  
 aut *sal-*

Aut saltem secundam eius in utroque numero habet personam, ut indicabimus libro sexto. Et quartæ coniugationis est, testibus Prisciano, & Probo, quia imperatiuus est ai, & Actius aibant pro aiebant, dixit, quod in quarta coniugatione fieri solet. Ais tamen inuenitur secundam corripere, ut in Verificatoria probaui. Verba meditatiuæ formæ carent præterito, & proinde supino: ut *Dicturio*, id est, cupio dicere. *Esurio* tamen facit *esuriui*, & *parturio* *parturiui*, *nuptu*, & *noq*; *nupturiui*.

## DEPONENTIVM PRAETERITA ET SUPINA.

**E**X or finitis actiuam fingito vocem:

Ut potior, potio . formabitur inde potitum.

Verbis in or propria desunt præterita, sed eorum loco, ponimus substantiuum verbum cum eorundem verborum participio præteriti temporis, quod à posteriore supino formatur. Hoc igitur pacto in illis formam supinorum inuestigabis. Finge deponentia ac comunia in o terminari posse, deinde ex præceptis hætenus traditis tribue illis in o mutatis præterita quoque fictilia & supina: ut à Potior finge potio potis potire: hoc si uteremur, iuxta regulam de quarta coniugatione haberet potiui potitum potitu, quæ nunc sunt supina verbi potior, cui propterea dabimus potitus sum in præterito. Sic considerabis in prima coniugatione Abominor, testor, verecundor, &c. In secunda Vereor, reuereor, liceor, polliceor, & si qua sunt alia. In tertia Nascor, fungor patior. Potior, quartæ coniugationis est, & in quibusdam personis etiam tertiæ, significat obtineo, in potestatem redigo. Virgilius. Fas omne abrumpit, Polydorum obtuncat, & auto Vipotitur. Lucilius. Deficit alma Ceres, nec plebes pane potitur. Abomnor, sperno, quasi malum omen repello. Testor, testis sum, & in testem accipio: ut Testor Deum, Detestor, odio habeo, & execror. Salomon. Arrogantiam & superbiam, & os bilingue detestor. Verecundor, verecundia tangor. Plautus. Verecundari neminem apud mensam decet. Vereor, timeo. Plin. Multi famam, pauci conscientiam verentur. Reuereor, cum tremore quodam honore. Liceor, præbeo pecuniâ pro re emenda, ponitur pro æstimo: licitum licitu, supina inuult

rata sunt: sic & praeteritum licitus sum, cuius vicem supplet  
deriuatiui praeteritum licitatus sum. Polliceor, sponte pro-  
mitto. Nascor, in mundum venio, orior. Fungor, ago, & of-  
ficium habeo. Pator, sustineo, & poenam habeo.

Sequuntur exceptiones.

*Nil formant vescor, liquor, medeor, reminiscor.*

Supinis, & proinde praeteritis carent. Vescor, liquor, me-  
deor, reminiscor: inter quae medeor, secundae coniugatio-  
nis est, reliqua tertiae coniugationis sunt. Vescor. i. cibovtor,  
& pascor. Comescor, si nul vescor. Liquor, id est, liqueo. Ovi-  
dus. Liquitur vt glacies incerto saucia Sole. Remiscor,  
recordor. Medeor, do medelam. Cice. Philosophia mede-  
tur animis.

*Non seruant normam, tutus, tuitus, ratus, aptus,  
Et fassus, fructus, fructusq; profectus, & vltus,  
Atq; secutus, & experrectus: iunge locutus,  
Nisus, vel nixus, gressus, velut orsus, & vsus,  
Oblitus, questus, commentus: iunge misertus,  
Et fessus, mensus, lapsus, uactus quoq; pactus,  
Mortuus, ac ortus: sed donat iturus vtrunq;*

Formant supina, & proinde praeterita contra regulam vet-  
ba quorū participia praeteriti temporis in littera posuimus.  
Tueor, tutum, id est, defendo. Supinum etiam est tuitū: hinc  
participium tuitus, & verbale in io, Tuitio. Habet quoque  
tutum vel tuitum huius synonymū. Tuor tuetis tertiae con-  
iugationis, cuius infinitiuus, non est vsitatus, nisi in compo-  
sitis: vt Coniui, intui, obtui. Reor, ratus sum, id est, arbitror,  
vel puto. Ouidius. Sum ratus esse feram, telumq; volati-  
le misi. Apiscor, aptus sum, id est, acquirō, assequor. Ver<sup>o</sup> ver-  
bū est, ac poenē obsoletū, pro quo vtimur composito Adipis-  
cor, adeptus sū. Fateor, fassus sum, concedo dictum, aut fa-  
ctum: vt Fateor culpam. Composita mutant a in i: vt Diffiteor  
diffessus sum, nego. Fruor, fructus, vel fructus sū habet, & i-  
dē significare videtur quod Veor vsus sum: sed in hoc disse-  
rāt teste Valla, quod vtimur quopiā alterius rei aut cōmodi  
gratia: fruimur verō nullius, nisi vt voluptatem capiamus,  
ideoquo



ideoque in idem recidunt frui, delectari, voluptatem capere. De vtor pulctum est Maharbalis in Hannibalem exemplum apud Lium. Non omnia nimirum eidem Dij dedere. Vincere scis Hannibal victoria uti nescis. *Proficiscor*, profectus sum. i. eo. *Viciscor*, vltus sum. i. vindico. *Sequor*, secutus sum, notum est. *Expergiscor*, experrectus sum, cuigilo. Horatius. Ut iugulent homines, surgunt de nocte latrones. Ut teipsum serues, non expergisceris. *Loquor*, loquutus, vel per e secundum Priscianum, locutus sum, id est, extra artem verba profero. *Nitor*, nisus, vel nixus sum, conor, vel per e cere laboro. Ouidius. Nitimur in vetitum semper, cupimusq; negata. *Gradior*, gressus sum, eo. *Ordior*, orsus sum, incipio. *Obiiscor*, oblitus sum, e memoria aliquid euolare sino. *Queror*, questus sum, lamentor. *Commiscor*, commentus sum, excogito. Terent. Quid agam, aut quid commiscar? *Misereor*, misertus sum, misericordiam habeo. *Fatiscor*, fessus sum, vix est in vsu, idem valet quod compositum eius defetiscor defessus sum, id est, labore deficio. *Meior*, mensus sum, id est, pondero, & considero, mensuro, xstimo. *Labor*, lapsus sum, id est, cado. *Nanciscor*, nactus sum, id est, acquiro. *Paciscor*, pactus sum, facio pactum, vel in pactum peto. *Morior*, participium facit mortuus, quod non nulli nome esse volunt. Participium futuri temporis est motiturus, tanquam supinum fuerit moritum. Est autem morior, e vita discedo, & tertie coniugationis est. *Orior* ortus sum. i. surgere incipio. *Orior* habet participium futuri temporis oriturus, tanquam ab oritum oritu supinis. Item infinitiuum oriri per quartam habet. Reliqua per tertiam xpius, licet oriris non male dixeris.

## DE VERBIS DEFECTIVIS, ET ANOMALIS, LIB. VI.

**Q**ue contra normam flectes anormia sunt:  
Ut fero, sum, fio, volo, eo, quco, sultis, edo, sis,  
Ausim, quaeso, fore, faxo, cedo: pluraq; multo  
Defectiuas etiam. sic ambest, inquio & inquam,

*Infit, aue, salue, capsis, apage: quibus euge  
Des, & ait, sodes, ouat. omnia profa recludet.*

Verbum anomalum vel anomie est, quod contra aliorum regulam coniugatur: vt Fero, quod sic coniugatur. Indicatio modo tempore presentis, Fero fers fert. Et pluraliter, ferimus fertis ferunt. Ferebam, &c. Tuli tulisti, &c. Tuleram, &c. Feram: feres feret, &c. Imperatiuo modo tempore presentis, fer ferat. Et pluraliter, feramus ferte ferant. Futuro, fertu tu fertu ille. Et pluraliter, feramus fertote ferunto, olim etiam feruntote. Optatiuo vtinam ferrem, &c. Vtinam tulissem. Vtinam feram feras. Coniunctiuo, cum feram feras. cum ferrem. cum iulerim. cum tulussem. cum tulerero. Infinitiuo presentis, ferre. Præterito iulisse. Futuro, latum esse. Gerundia, ferendi ferendo ferendum. Supina, latum latu. Participia, ferens, laurus.

Palsiuo genere, indicatiuo modo, Feror ferris, vel ferre fertur. Et pluraliter, ferimur ferimini feruntur. Ferebar. Latus sum vel fui. Latus etiam vel fueram. Ferat fereris. Imperatiuo, ferre feratur. Et pluraliter, feramur, ferimini ferantur. Futuro, fertor tu vel ille. Et pluraliter, feramur ferimur, feruntur. Optatiuo, vtinam ferret fereris. Vtinam latus essem vel fuisset. Vtinam ferat feraris. Coniunctiuo, cum ferat. cum ferrer. cum latus sim vel fuerim. cum latus essem vel fuisset. cum latus ero vel fuero. Infinitiuo presentis, ferri. Præterito, latum esse vel fuisse. Futuro, latum iri. Fero. i. porto, dico. Item patior. Terent. in Hecyra. Multa ex quo fuerint commoda, eius incommoda est æquum ferre.

Sum omnium maximè irregulare est, vt constat ex Donato. Habet præteritum sui ab antiquo verbo tuo. In imperatiuo modo tempore presentis ad secundam & tertiam personam, sis vel es, sit. Et pluraliter, simus sitis vel este, & aliquid quando sitis, sint. Caret Gerundijs & Supinis, licet in Donato mendose, vt opinor, legantur, essendi essendo essendū. Ens in usu non est, sed à Philosophis interdū recipitur. Potens nomen est. Participia verò prælens, ablens. Sic Mancipiel. Nihil tale a reliquis compositus est, quia prodens, obēs &c. non dicimus. Comicum est, licet licet licet, pro sim, sis sit, &c.

*Fio*. i. efficior, irregulariter Fierem, pro firem facit, & ñe ri pro firi. Præteritum est, Factus sum vel fui. Præsens imperatiui capit a futuro Optatiui. Fias fiat, fiamus fiat, quia si non dicitur, & fite rarissimè legitur. In reliquis fio per quartam coniugatur.

Volo ex Donato notum est. Imperatiuo caret, quia voluntas libera est, tamen loco imperatiui aliquando futurum optatiui capimus, Terent. *Quæso* adepol, quoniam non possit fieri id quod vis, id velis, quod possis. Sed hortatio potius videtur quàm imperatio.

Malo mauis mauult: malum mauultis malunt. Malebam. Malui. Malueram. Malam, males, malet. Imperatiuo caret. Optatiuo, Mallem, Maluissem, Malim. Coniunctiuo Malim, Mallè, Maluerim, Maluissem, Maluero. Infinitiuo, Malle. Maluissem, ceteris caret. Sic Mauelim mauellè, &c.

Nolo similiter coniugatur excepto imperatiuo. Nolo nonuis nonuulr, nolumus, nonuultis, nolunt. Nolui, Nolueram. Nolum noles. Imperatiuo modo tempore præsentis ad secundam personam, Noli. Et pluraliter, Nolite. Futuro ad eandem personam, Nolito. Et pluraliter, nolitote. Optatiuo, utinam Nollem. Noluisssem. Nolim. Coniunctiuo, cum Nolim. Nollem. Noluierim. Noluisssem. Noluero, Infinitiuo Nolle. Noluissse.

